

Johann Festing Johannes Georgius Laurentius

## **Relatio Casuum Matrimonialium In Consistorio Ducali Megapolitano nec non in Facultate Iuridica Rostochiensi ventilatorum ...**

Rostochi[i]: Weplingius, 1689

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742392392>

Druck Freier  Zugang





C. 206.

~~M. D. (L.) 2.~~

1-5

M. D. —

4. 17  
D. A.  
RELATIO  
CASUUM  
MATRIMONI-  
ALIAM

In Consistorio Ducali Megapolitano  
nec non in Facultate Juridicâ Rostochi-  
ensi ventilatorum,

in quibus evolvendis  
SUB PRÆSIDIO

JOHANNIS FESTINGII,  
J. U. D. & Profess. Pandect. Publ. Sereniss.

Ducis Sverino - Megap. Consilarii & Duca-  
lis Consistorii Adfessoris,  
Publicum Disputationis Academicæ exer-  
citiium subiturus est

JOHANNES GEORGIUS  
LAURENTIUS, Lubecensis,

ANNO MDC LXXXIX. d. XXVII. Febr.  
In AUDITORIO MAJORI.

---

Rostochi Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

268.



BENEVOLO LECTORI  
**JOHANNES FESTINGIUS**  
S. P. D.



*Atis videbar absuisse ab iis laboribus, quos ex promisso in enucleandis Jurisprudentia materiis me debere monuerunt optimi Amici. Id verò cum prestare nisus sum tum in repetendo emendandoq; jure Agrario tum in aliis Observationibus juridicis componendis; inciderunt alia materia, quas antea compilare perq; offensas mihi occasiones publicare in animo fuit. Etenim licet aut̄ a iudicis*

**SERENISSIMI DUCIS**  
*gratia, usq; locus, qv̄i inter eruditos mihi assignatus est, non lebe argumentum fuerit, qv̄d debuerim qv̄alem qv̄alem meam in republica literaria fortunam experiri: eò tamen ausus probabilior visus erat, qv̄d magis occasio de fendere contra acrem censuram posse videbatur. Equidem in varietate literarum primos edere labores nostraq; jurisprudentia materias gemmis alibi conspectis & congestis exornare decreberam. etenim nescio qv̄a dulcedine studium humaniorum ( ut vocantur ) literarum cunctos ducit suiq; non sinit esse immemores. Ne dicam qv̄d officii ratio id postulare videatur, que uni tantum scientiarum particule non adstringit, sed conjunctas aliquando speculari jubet. vid. Cl. Dn. Morhof. in Polyhist. cap. v. Sic certè didiceram, Professorem videri si non artem, saltè mediocritatem discendi promississe: tum verò observaveram ornamenta, quibus non Alciatus tantum, Duarenus, Cujacius; sed nostrates etiam inclaruerant; imò horrebat animus ignorantiam, quã olim Pompejum Consulem leges Imperatorum ( qui tñ. tunc temporis legumlatores nulli erant aut fuerant ) in unum codicem colligere voluisse dixit speculi Saxonici interpres vid. Crantz. Sax. lib. 2. cap. 21. per tot. quo melior non est glossator ad §. 4. Inst. quib. mod. jus potest. solv. ubi patricius, inquit, erat quasi principis pater, unde Sallustius: O patres conscripti; nam scripta erant eorum nomina in aliquo loco vel in corona capitis eorum. Sed commovebar inter hæc maximopere, ubi ex Papii Massoni judicio Stephanum Forcatulum nominatim Mida auribus Marsyam, hominem insulsum & ad docendum minus idoneum audiebam, quem nullius tamen fuisse eruditionis, ex dialogis Neocyoniæ, Cupidine jurisperito, Penu juris, Tract. d. servitutibus & feudis cognovisse non putaveram. Unde postquam animus ad hoc genus vita, quod in Academiis est, trahi videbatur, optimorum exempla si non assequi ( id enim nunquam sperare licuit ) saltè sequi magno nisu conatus sum & diligentia; ideoq; cum videbam quàm multi in his studiis literarum ( ut vocant ) humaniorum mihi laborassent, concupivi & ipse ex illis esse. Verum*

enim verò me munus meum maximè in forum vocat, cui vis sufficimus (quod  
 ait M. Aper. ap. Quintil. in dialog. d. Orat.) etiamsi non novum nobis  
 ipsi negotium importemus Domitium & Catonem; id quod hodie multis di-  
 citur, Jurisprudentiam forensis per antiquitates, Græcorum fabulis ag-  
 gregare. Imò (fateor) succedit studium aliquod sublimius, quod in Hi-  
 storiarum nostri temporis, Actis, ac Constitutionibus publicis perpendit rerum-  
 publicarum subsidia & prasidia. Hoc ipsum non minus jucundum quàm  
 utile & honorificum est. etenim (ut ampliùs ex Quintiliano non imme-  
 ritò repetimus:) que major studiorum jucunditas, quàm ubi historiarum  
 magnarumq; rerum varietas delectat? tum verò crescit cum amplitudi-  
 ne rerum vis in genii, inq; clara, maximè & illustria studia efficere potest,  
 qui causam parem invenit. vid. Quintil. d. loc. cap. 37. Sed autem per  
 annos aliquos debito studio in iis laborare conatus sum, qua ad Praxin ju-  
 ris pertinent & in causis forensibus solvendis Professoris & Adversarii officii-  
 um explicant. Et siquidem magni meritò facimus hæc studia, que im-  
 ponit maximè officii necessitas: idcirco eos labores, qui philologici dicuntur,  
 aliquandiu seponere coactus sum, inq; eo, quod praxi pariter juris-  
 peritorum ac theoria prodest, occasionem publici scripti arripere volui. Hinc  
 postquam Præstantissimus DN. JOHANNES GEORGIUS LAURENTIUS,  
 multis mihi nominibus commendatissimus memoriam sui in scripta disputa-  
 tione nostra Academia relictaurus cogitare mecum cepit de materiâ, non  
 aliam certè magis quàm hanc, que est de Casibus matrimonialibus in Con-  
 sistorio Ducali Megap. & Facultate nostra Juridicâ ventilatis, obtuli. E-  
 nimverò sicuti solliciti sunt disputantes, ut materia dignitatem ebeant;  
 ita hæc maximè placitura videbatur, que simul ipsa aliunde auctorita-  
 tem accipit. Hæc nata quidem est in munere mihi clementissimè collato  
 perq; vota mea, sed in Confessu Consultissimorum Virorum approbata & ex  
 Celeberrimorum Theologorum consensu corroborata. Addidi nonnulla  
 tamen, que Excellentiss. quibusdam Dnn. Collegis debentur, quorum nomi-  
 na non reticui, sed in suis queq; responsis recensui. Sic igitur hæc pri-  
 ma Relatio est Casuum Matrimonialium, que tribus capitibus (1.)  
 de Sponsalibus eorumq; dissolutione (2.) de Questionibus post be-  
 nedictionem sacerdotalem motis, & (3.) de divorciis, absolvitur. Verùm se-  
 quetur postmodum, Volente DEO, Relatio secunda Casuum Crimi-  
 nialium, nec non demum tertia Casuum Miscellaneorum; dummodo ta-  
 men non desit occasio, quam sperare hic loci quomodo liceat, norunt, quæ  
 conditionem Academia intelligunt. Interim id unicui præmonendum es-  
 se existimo, ne quis vitio hortat, si eisdem rationes repetitas legat, aut ea-  
 rum, que uno loco posita sunt, ubiorem alibi ventilationem in hac ipsa rela-  
 tione inveniat. Nam, licet haut lateat, quomodo aliis superbacaneè re-  
 petita animos obruant ac enecent, verumq; sit, quod Andr. Alciatum sa-  
 pe dixisse testis est Pardulph. Pratejus in præfat. Jurispr. med.

Occidit miseros crambe repetita magistrōs.

tamen ad eò iniquum censorem esse neminem reputo, qui nobiscum sentire no-  
 lit ac tueri, quod oblatis casus suis in circumstantiis hunc scriptiōis modum  
 ipsi suppeditati sint. P.

# RELATIO CASUUM MATRIMO- NIALIUM.

## PRÆFATIO

De

# CONJUGIO SEU MATRI- MONIO IN GENERE.

## SUMMARIA.

**Q**uid An viro Sapienti sit ducenda uxor n. 1.  
De specie servitutis qua videtur esse  
in Conjugio n. 2.  
De feminarum vitio n. 3.  
De luxu muliebri. n. 4.  
Difficilis cura familie. n. 5.  
Filius degener, maximum parentis ma-  
lum. n. 6.  
Auctores qui scripserunt hac de questione.  
n. 7.  
Probatur causa matrimonii n. 8.  
De sermone Co-drillreei turpis pleno libidi-  
nis. n. 9.  
Ejus rationes pro matrimonio contra ca-  
libatum. n. 10.

Uterior matrimonii commendatio n. 11.  
De cæco amore, Et quod bene habenda cu-  
ra sit ut quis alere queat familiam. n. 12.  
Honestius est, cum judicaveris, amare;  
quàm cum amaveris, judicare. n. 13.  
Ne quis aurum potius ambiat quàm ux-  
orem aptam. n. 14.  
Natura dedit conjunctionis appetitum,  
procreandi causa n. 15.  
Sed tamen genus humanum propagari nõ  
debet citra leges connubii. n. 16.  
Non debet temere quis obstringi vinculo  
matrimonii. n. 17.  
Ducitur argumentum ex 5. 1. Inst. d.  
militis, testam. n. 18.

L



Ubi tant nonnulli, quorum pectora frigent  
glacie, An sapienti sit ducenda uxor? Alii ve-  
rò, quos inordinatus vexat amor, ex turbido  
fonte quarunt uestionis sibi met medelam.  
Scilicet, natura omnes, inqviunt, homines  
libertati student, & conditionem servitutis  
odio prosequuntur maximo: quoniam ni-  
hil majus libertate, nihil dulcius, nihil  
pretiosius. At tantum genus servitutis matrimonium videtur, 2.

A2

cui



eui quidem cum adstringitur vir mulierve, non magis sui juris sit, quam quem conclusum tenet ambitus carceris aut extraneæ familiae dura illigavit servitus. *vide Cass. Barb. Animadv. ad Paapin. Statii lib. 3. Silv. §. vers. 26. tom. 1. p. m. 338.* ubi docet quomodo conjugium vinculis, frenis, ac jugo comparetur. *Adde Coraf. lib. 3. miscell. cap. 4. n. 6. It. Cypræ. præfat. in er. d. jure Connub. n. 7. & seqq.* Huc interpretantur morem illum antiquum, quo nuptiæ per coemptionem fiebant, ut vir uxorem, & uxor virum quasi emere viderentur. *Quò referunt illud Virgilii lib. 1. Georg. vers. 31.*

*Teg, sibi generum Tetbys emat omnibus undis*

*Et alio loco lib. 4. Æneid. vers. 213.*

*Connubia nostra*

*Reppulit, ac dominum Æneam in regna recepit.*

*vid. th. de coemptionis ritu & effectu, Orat. L. Valerii adversus M. Porciū Catonē ap. Liv. lib. 34. c. 7. in fin. ubi nunquam salvis suis, inquit, exuitur servitus muliebris &c. Anton. Thys. in not. ad A. Gell. noct. Att. lib. 3. c. 2. p. m. 211. it. ex not. Zanchii, idem ad Sallust. Bell. Catil. c. 51. p. m. 139. Brisson. lib. singul. d. rit. nupt. p. m. 210. edit. fol. Francos. 1587. Connub. Comment. Jur. civil. lib. 8. c. 3. pag. m. 868. Tiraq. ad. 4. leg. Connub. gloss. 1. part. 4. n. 5. 6. seq.)* Adeo is, qui uxorem duxit, libertatem vendidisse dicitur. Sed quid libertatem dicunt perditam?

3. Ecce plura mala matrimonio adsunt, quæ quidem haut silentio prætereunt, qui averlantur. Enimverò de feminarum vitiis pleni sunt doctorum libri: Hic earum loqvacitatem taxat, *vid. Plaut. Aulul. act. 2. sc. 1. n. 5. seq. Juvenal. Satyr. 6. vers. 401. seqq. aliter importunitatem, vid. ap. Tiraqvell. in 2. leg. connub. gl. 1. part. 2. n. 12. Id in 8. leg. Connub. gl. 1. part. 8. n. 2. & n. 16. alius alios mulierum mores artificiosè culpat. vid. Jo. Sarisberiens. lib. 8. cap. 11. quod inscribitur de molestia & oneribus conjugiorum, & de pernicie libidinis, de mulieris Ephesina (add. Petron. Satyr. edit. 8. concinnante Michaele Hadriane Amstelod. 1669. pag. 385.) & similitum fide. Stobæus peculiari tract. de muliebri vesaniâ. Rhodigin. Lect. antiq. lib. 14. c. 14. Fr. Petrarcb. dialog. 18. 19. 21. 22. Vincent. Specul. doct. lib. 5. cap. 103.*
4. *Tiraqvell. in leg. 9. connub. gl. 1. part. 9. à n. 15. per tot. p. 130. seqq.* Equidem causantur curam patrisfamilias ad satisfaciendum superbiæ & avaritiæ uxoris, quam vehementer urgent, ubi gravissimi

viffimi fiunt sumptus, quibus opes absumuntur & ditiffimæ domus in summam rediguntur paupertatem, in emendis Zonis, viriolis, vestibus, lapillis, annulis, vasis, unguentis, odoribus, & aliis infinitis penè instrumentis ac rebus, quæ dici aut cogitari possunt, quibus femina mundior fiat aut instructior; unde, nisi emanantur, tot indignationes, tantæ iræ! *Vid. Senec. de Constant. Sapient. c. 14. ibiq; Lips. p. m. 181. de vita beata, cap. 17. ibiq; Lips. p. 242. lib. 7. d. benef. cap. 9. ibiq; Lips. p. 373. Tibull. lib. 2. eleg. 6. Propert. lib. 3. eleg. 11. d. Avaritia puellarum, vers. Matrona incedit. Et ibiq; Abbes Gabbema. p. m. 726. seq. Revard. var. lib. 1. cap. 4. Tiraqv. ad 3. leg. Connub. gloss. 1. part. 3.* Quinimò fœcunda uxor farcina multiplex dicitur apud *Petrach. Dialog. 67.* juxta illud *Comici Adelpb. Act. 5. scen. 4.*

*Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi! nati filii,*

*Alia cura. vid. ibid. not. var. ex edit. Corn. Schrevel.*

Sed maximè movet linguas, prolis degeneris memoria, quam ubi dixeris, omnia mala dixeris. *Qva ratione Eccles. 42. vers. 9. Filia patri occultas vigilias afferre dicitur, cujus sollicitudo abducat somnum; tum injuventute ejus, ne forte atatis flos prætereat; tum elocata, ne forte odio sit: In virginitate, ne forte polluat, & in paternis adibus suis gravida fiat; cum viro autem versata, ne forte transgrediat, & elocata, ne forte sit sterilis.* Nec minùs notabile est effatum *Verulamii Serm. fidel. 7.* ubi gaudia inquit, parentum occulta sunt; nec minus dolores eorum & metus. *Illacertè verbis assequi nequeunt; hos autem proferre nolunt. Certè liberi labores humanos suaviores, verùm infortunia amariora, reddunt.* Hæc sunt potissima eorum fundamenta, qui promiscuam venærem aut concubinatum extra conjugium exercent, aut cœlibatum non pio zelo profitentur. de quibus *vid. ap Anton. Codr. Urce. Serm. 4. 11. Alber. in rubr. Cod. d. nupt. Coras. in Comm. ad tit. ff. d. rit. nupt. n. 3. & 4. Arnis. d. Jur. Connub. cap. 1. sect. 3. Jac. Thom. as. præfat. sub ausp. Dissp. recitat. 22. Philipp. Carol. in A. Gell. Noct. Attic. lib. 1. cap. 6. animadv. 1. & 2. Add. Eund. in d. animadv. ad lib. 5. cap. 11. ubi argumentū Bionis contra nupt. examinatur, & per jocū retorquetur.*

II. Verumenimverò licet istiusmodi argumenta profert: ab ipsis tamen Autoribus modò citatis satis ea confutata sunt

sunt. Adeo inter illos & cum illis veritatem confiteri & dulcedinem laudare honesti amoris matrimonialis, iis etiam necesse est, qui sunt extra conjugium. Sic Antonius Codrus Urceus in florentioribus Italiae Gymnasiis Orator olim, Poeta & Philosophus non dissimulavit infelicem sortem suam sine conjugio; quamvis ipse palam nectacuerit Cynicas libidines & nequitiarum arcana. quocirca de hoc quinquagenario hircuitallo miror, quod in conspectu virorum Professorum & juvenum tam petulantiter dixerit. Hic tamen ita, nec male ratiocinatur: *Si homo animal politicum est, id est, civile, ut Philosophis placet & nos videmus, quae pulchrior civilitas, quae pulchrior conjunctio: quae ea, ex qua duo sunt in carne una? quid dulcius, quid suavius, quam habere uxorem, cum qua omnia loqui audeas ut tecum? quae te curis & laboribus fatigatum relevet: quae letum laetorem aspectu suo facit. Si vitia feminarum sunt, haec certe malarum feminarum vitia sunt. Nihil tam bonum, quod in se aliquid mali non habeat: Si suspicio malorum vitanda est, nullus ergo seminet, quoniam grando fructus auferre potest: nullus naviget, quoniam navigans tempestate subjacet: nullus vivat, quia moriendum est.* Habet conjugium etiam felicissimum sua aliquando incommoda, & desunt aliqua propriis votis desiderata: haec tamen utilitas matrimonii compensat, dum apud conjugem domesticam & probam in jucundo licet amore quiescere. Unius atque alterius horulae tractus, sereni fuerit nubilive caeli, neque hic erit nimis anxie pensicandum. *vid. Cass. Barb. Animadv. in Papin Statii lib. 3. Silv. s. v. 30. tom. 1. p. m. 339. Add. in commendationem sexus muliebris Rhodig. Lect. antiq. lib. 13. cap. 33. Tirag. in l. 11. connub. gl. 1. part. 11.*

III. Dolendum tamen hic est maximopere, quod initium amoris saepe nimium ferveat, & quomodo vitae sint paranda subsidia susque deo; magis habeatur, quam existimetur, quod secundum tritum illud: *sine Cerere & Baccho Venus frigeat.* Sed variis multoties in hoc desiderio animus est, qui vacillat saepe inquietus & revocatur ac illicitur ea spe, quae dulcedinis gustum promit & caeco quodam mulcet oblectamine. Hinc solis imaginationibus circumscribitur felicitas, quae eo usque confetur aliquis cuius momenti esse, donec inhaerent cogitationes quae delectant.

Verum

Verùm eheu! quænam non conspiciuntur infortunia, ubi mala  
sunt initia; ubi prius amant, quàm judicaverint! *vid. Tholof.* 134  
*Syntag. Jur. univers. lib. 9. cap. 6. n. 17.* Unde *Cats. in Monit. Amor.*  
*virgin. embl. 24.*

*At patet insidiis levis & properata voluntas,  
Decipitur propero qui vorat ore cibum.  
In scrobe secta latet visco maculata papyrus,  
Cum palamedeam rustice fallis avem,  
Delicia volucrum medio jacet esca cucullo,  
Quam properans rostro dum malè captat avis,  
Mox oculos lento premit illita carta veneno:  
Ridet & in prædam lata caterva ruit.  
Fallitur & totam sit fabula justa per urbem,  
Credulus ignoto si quis amore perit.*

Eqvidem hoc vitium plerumq; adolescentum est, qui præ æd  
more (ut ait *Annaeus Robert. rer. judic. lib. 1. cap. 2.*) vix mentis compo-  
tes, cum animum igneumqve juvenilis ætatis ardorem insanus  
Cupido opprefferit. Sic Phædria apud *Terent. in Eunuch. Act. 1. sc. 7.*

*Et cadet, inquit, & amore ardeo; & prudens, sciens,  
Vivus, vidensq; pereo; nec quid agam, scio.*

Adeo de juvenilis ætatis amore verè hîc dicendum est, quod  
de Phœbo amatore expressit *Ovid. lib. 1. Metamorph. v. 492.*

*Utq; leves stipula demtis adolentur aristis;  
Ut facibus sepes ardent, quas forte viator  
Vel nimis admovit, vel jam sub luce reliquit;  
Sic ille inflammas abiit: sic pectore toto  
Uritur & sterilem sperando nutrit amorem.*

Hunc amorem innata libido extimulat, magisq; ignem sup-  
ponunt feminæ, ubi

-- -- nudabant corpora venti  
*Obviagq; adversas vibrabant flamina vestes;  
Et levis impexos retro dabat aura capillos:  
Auctaq; forma fuga est.*

Quid autem dicendum, ubi libidinantium deorum judex pastor  
eligitur? *Vid. Barth. in Animadv. ad Papin. Stat. 2. Achilleid. vers.*  
*337. com. 3. p. m. 1747.*

B

Sanè

Sanè nec hodiè theatrum deest, ubi

*Mevia Tuscum*

*Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.*

*Juvenal. Satyr. 1. vers. 22. Add. Tiragr. LL. connub. 4. n. 12. § 13.*

- Ceterum quemadmodum hoc juvenile vitium est ut in imbecilli ætate facilè decipiantur, & secundum Hieronym. *lib. 2. epist. 17. ad Eustochium, nihil amantibus durum sit, nullus difficilis cupientibus labor, donec nimius opprimat*: ita illud commune omnis hujus & provecioris ætatis non immeritò dicitur, dum plures aurum potius ambiunt quam uxorem aptam ætati suæ probamque. Hinc ex culpa dolor, & nascuntur mala conjugii: hinc dolores & incerta mens, quæ ad vitia demum respicit: hinc ebrietas, verbera, adulteria, & quo nullum poterat esse malum tetrius, dissidium conjugale, quod ipsis inhæret ossibus: hinc filius demum degener. Quæso enim ecquanam esse poterit spes bonæ mentis, cum tenera creverit inter parentum dissidia? Prava hominum natura mox augetur malis moribus: nam augmentum mali facile est. Imò sæpius malitiæ & contemptus uxoris causa est stultitia & fatuitas maritorum, qui non noverunt cum uxoriâ opera autoritatem viri retinere, quod ait *Tholosan. Synt. Jur. Univ. lib. 9. cap. 6. n. 17.*
14. IV. Sanè quicquid vides, est unius ævi turba; ideoque ipsa etiam natura masculo & feminæ ingenuit quendam conjunctionis appetitum procreandi causa, & curam quendam eorum, quæ procreata sunt. *Arist. 1. Polit. c. 1. Ulp. l. 1. §. 1. ff. d. J. & J. Justinian. in pr. Inst. d. J. N. G. & Civ. Cic. lib. 1. d. offic. ibiq; Celeb. Dn. Rachel. in Comment. p. m. 37. seq.* Attamen omnis aut promiscua conjunctio licita non est; sed dedit ipse Deus legem, juxta quam modò mas & femina in legitimo matrimonio prolem quarant. *vid. Dn. Puffendorf. d. Jur. Natur. & Gent. lib. 6. cap. 1. p. m. 755. Tholos. Synt. Jur. lib. 9. c. 6. n. 1. § 2. 20. & seqq. Id. lib. 8. c. 1.* Hoc licitè ab autore Deo habet sanctitatem, suamque monstrat ex naturâ necessitatem: ita uberrimis inter homines decoratum est privilegiis, odiumque ejus asperè damnatum. *vid. Sigon. lib. 3. de Rep. Athen. c. 1. A. Gell. Noct. Attic. lib. 2. cap. 15. ibiq; Anton. Thys. & Philipp. Carol. Ant. Thys. Not. in A. Gell. Noct. Attic. lib. 4. cap. 19. p. m. 314. Alex. ab Alex. Gen. dier. lib. 4. c. 8. Lips. Excurs. in Tacit. lib. 3. Annal. c. 25. lit. C. p. m. 1179. Jacob. Gotthofred. in font. Jur. Civ. ad Leg. Jul. d. maritand*
15. 16.

tand. ordin. p. 280. seqq. Id in l. 1. Cod. Theodos. d. infirm. pæn. cælib. & orbis.  
& ad tit. prox: seq. d. Jur. liber. Tholos: Synt. Jur. Univ. lib. 9. c. 6. n. 32.  
seqq. Cujac. ad Tit. Cod. Justin. de infirm. pæn. cælib. & orb. Dua-  
ren. lib. 1. Disp. c. 40. Conan: lib. 8. Comment. c. 1. Francisc. de Amajja  
lib. 1. Observ. Jur. c. 4. n. 16. & lib. 2. Obs. c. 5. n. 9. seqq. Arnif. d. Jur: con-  
nub. c. 1. sect. 5. add. Dn. Schottel. in tr. d. Jur. Germ. antiq. tit. d. Jure  
Hagesholziatus.

V. Qui ex pio zelo virginitatem retinent & cœlibatum eligunt,  
ut aptiores sint divinis rebus atq; sacris exercitiis, hi merito lau-  
dantur; & bonum est si manserint, ut & Apostolus mansit 1. Corinth. 7.  
vers. 8. Notanda autem est ulterior ratio, quam proponit A-  
postolus d. loc. vers. 32. seqq. ubi: quicælebs est, ait, sollicitus est de iis  
quæ sunt Domini, quomodo placiturus sit Domino. At qui duxit ux-  
orem sollicitus est de iis, quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit uxori.  
Quæ est cælebs, sollicita est de iis, quæ sunt Domini, ut sit sancta cum  
corpore tum spiritu: quæ verò nupta est, sollicita est de iis quæ sunt  
mundi, quomodo placitura sit viro. Unde commoti Patres veteris  
Ecclesiæ tanquam ex consilio sacro cœlibatum Sacerdotum intro-  
dixerunt. Verùm hic cœlibatus ab initio tam acriter non impe-  
ratur, & conjugio prorsus abstinere iussi haud fuerunt Cle-  
rici. Nam in Codice canonum Ecclesiæ primitivæ, qui vulgo  
Canones SS. Apostolorum appellantur, hic canon est: Episco-  
pus vel Presbyter vel Diaconus uxorem suam ne ejiciat religionis præ-  
textu. Sin autem ejecerit, segregetur: & si perseveret, de-  
ponatur. can. 5. quem canonem de conjugibus à thoro non sepa-  
randis contra Franciscum Sylvium, Francisc. Longum à Corio-  
lano & alios bene explicat Dn. Zieglerus in Not. ad Lancell. Instit.  
Jur. Canon. lib. 2. tit. 12. p. 431. Idq; etiam ex Leonis Novellâ 2. con-  
stat. Adde Mattha. Monachi sive Blastaris Syntag. Alphabet. lit. 7.  
cap. 2. Certè canones S. S. Apostolorum, quod ait Dn. Ziegler. d.  
loc. sine dubio sunt antiquissimi, & secundum Guil. Beveregium  
Ecclesiæ Anglicanæ Presbyterum ante tertium finitum seculum  
constituti & sub eo titulo editi. Vide Beveregium in præfat. An-  
notat. in SS. Apostolorum, Conciliorum, Patrumque canones, quæ ex-  
tant in fin. tom. 2. Pandectar. Canonum SS. Apostol. & Concil. ab Eccle-  
siâ Gracâ receptorum ex Biblioth. Bodlejane aliarumq; mss. Item in Cod.  
Canon. Eccles. primitivæ vindicato & illustr. lib. 1. cap. 1. n. 3. cap. 2. n. 1.

\* de his  
qvi ex pio  
zelo cœ-  
libatum  
eligunt.

\* de cœli-  
batu Sa-  
cerdotum  
& cleri-  
corum.

*Ex per tot. libr. ubi opinionem Dallæi, qui post annum Dom. CCCCL. confictos eos asserit, refutat, similiterq; satisfacit dissentienti Jacobo Gothofr. ad l. 44. Cod. Theod. d. Episc. Eccles. & Cler. qui ad tempora Honorii & Theodosii eos refert. Sic hactenus religionis obtentu conjux haud dimittebat conjugem: quoniam tamen Clerici facti uxores ducere non potuerint, juxta canonem primitivæ Ecclesiæ 26. ubi: *Ex iis qui non ducta uxore ad Clerum promoti sunt, jubemus, si velint, uxores ducere Lectores & Cantores solos.* Hinc per Concilii Neocæsariensis A. Dom. CCCXIV. celebrati canonem 1. *Presbyter, si uxorem duxerit, ordine suo movendus dicitur.* Idem ex prisca Ecclesiæ traditione & conciliorum canonibus per ipsius Paphnutii conjugii Clericorum propugnatoris concessionem probatur à Matthæo Monacho sive Blaflare, in *Syntagm. alphabetico lit. γ. cap. 2.* Diaconi tamen si in ipsa ordinatione protestati fuissent & dixissent, oportere se uxores ducere, cum non possent sic manere, hi secundum canonem 10. Concilii Ancyran A. Dom. CCCXIV. celebrati, Neocæsariensis & Nicæno antiquioris, *si postmodum uxorem duxissent, erant in ministerio, eò quod eis Episcopus hoc concessisset. Si qui autem tacuissent, & in ordinatione, ut ita manerent, suscepti, postea ad nuptias venissent, eos à diaconatu cessare oportebat.* Ceterum paulatim, ubi cœlibatus Clericorum magis invaluit, conjugati etiam ad sacerdotium assumpti à conjugio deinceps abstinerunt; idq; primum non necessitate legis, sed si vellent, factum est. vid. *Socrat. histor. Eccles. lib. 5. cap. 22.* Attamen eâ in re, etsi nulla lex posita, nullus canon esset, Patres sanè in Concilio Nicæno adeò in sententiam svadendi cœlibatum & dirimendi matrimonium inclinaverunt, ut Paphnutius unus fermè tot aliis id svadentibus intercesserit. *Sozom. hist. Eccles. lib. 1 c. 23. Magn. Aurelii Cassiodor. in tripart. histor. lib. 2. c. 14. Niceph. lib. 8. Eccl. hist. cap. 19. Matth. Monach. sive Blasf. d. loc. Qvâ ratione jam in Italia Clerici conjugio omni abstinere jussi sunt, mox etiam in Africa, illi nimirum, qui sacra mysteria contrectarent; nec ceteri Clerici ad hoc cogebantur, nisi maturiori ætate.* Qvod docent Africani canones 3. 4. 25. 70. quos ediderunt Guil. Voellus & Henricus Justellus *In Biblioth. Jur. Canon. Veter.* Nec tempore Justiniani amplius diaconis licuit protestari de uxore post ordinationem ducenda: Is enim, qui permittebat*

bat Episcopus, expellebatur ab episcopatu; Et siquidem post ordinationem presbyter aut diaconus aut subdiaconus uxorem duxisset, expellebatur à clero, & curiæ civitatis illius, in qua clericus erat, cum propriis rebus tradebatur. *Novell. Justin. 123, cap. 14.* Istiusmodi canonum meminit eosq; probat Epiphanius ( qui scripsit Valentiniæ, Valentis, & Gratiani imperationis anno XII. vid. ipsum contra P brygastas sive Montanistas hæres. 48. p. m. 402.) hæres. *Catharorū 59. lib. 2. tom. 1. p. m. 496.* ubi ex latina versione Dionysii Petavii Aurelianensis ita: *Quin eum insuper (Sacrosancta DEI Ecclesia) qui adhuc in matrimonio degit, ac liberis dat operam, tamen si unius sit uxoris vir, nequaquã tamen ad Diaconi, Presbyteri, Episcopi aut Hypodiaconi ordinem admittit. Sed eum duntaxat, qui ab unius uxoris consuetudine sese continuerit, aut eã sit orbatus: quod in illis locis præcipue fit, ubi Ecclesiastici canones accuratè servantur.* His accedit, quod legitur apud Hieronymum contra Vigilantium: *Quid faciunt Orientis Ecclesie? Quid Egypti & sedis Apostolicæ? Quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continent, aut si uxores habuerint mariti esse desinunt.* vid. *Ant. Mornac. Obs. ad Auth. Episcopi nullam mulierẽ. C. de Episc. & Cler.* Equidem in commendatione cœlibatus Clericorum huiusq; institutione honorificè tamen senserunt Patres Ecclesiæ de conjugio. Quod constat ex Canon. Apost. 51. ubi: *Si quis Episcopus vel Presbyter vel Diaconus, vel omnino ex numero Sacerdotum aliã nuptiis & Carnibus, & vino, non propter exercitationem, sed propter abominationem abstinet, & oblitus quod omnia valde bona, & quod masculinum & femininum fecit DEUS hominem; sed blasphemans calumniatur opificium, vel corrigatur, vel deponatur, & ex Ecclesia ejiciatur.* Hoc ipsum probant canones Concil. Gangrensis celebrati post Nicanum A. D. CCCXXV. can. 6. *Si quis ex his qui virginitatem propter Dominum servant, excolitur adversus conjugatos, anathema sit.* Sed postea ab his regulis plures deflexerunt, qui blasphemantes (ut modò ex Canone Apostolorum allegatum est) conjugium à Deo ipso institutum calumniati sunt. Hos inter eminet Syricius Papa qui sedit circa A. D. CCCLXXXIX. cujus verba in Epistola decretali ad Himerium Episcopum Tarraconensem cap. 7. hæc sunt: *Plurimos Sacerdotes Christi, atq; Levitas post longa consecrationis suæ tempora tam de conjugibus propriis, quàm etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse; & crimen suum hac præscriptione defendere, quæ in veteri testamento sacerdotibus ac ministris*



fr: generānā facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum, praeceptor vitiorum: si aestimat, quia in lege Moſis paſſim ſacris ordinibus à Domino noſtro laxata ſunt frena luxuria: cur eos, quibus committebantur Sancta Sanctorum, prae-monet, dicens, Sancti eſtote: quia Ego Sanctus ſum, Dominus Deus veſter? Cur etiam procul à ſuis domibus anno vicis ſua in templo habitare juſſi ſunt ſacerdotes? hac videlicet ratione, ne vel cum uxoribus poſſint carnale exercere commercium, ut conſcientiae integritate fulgentes acceptabile DEO munus offerrent. Quibus expleto deſervitionis ſuae tempore, uxorius uſus ſolius ſucceſſionis cauſa fuerat relaxatus: quia non ex aliā, niſi ex tribu Levi, quisquam ad DEI miniſterium fuerat praeceptus admitti. Unde & Dominus Jeſus cum nos ſuo inluſtraſſet adve-nu in Evangelio proteſtatur, quia legem venerit implere non ſolvere. Et ideo Eccleſiam, cujus ſponſus eſt ſpecioſus forma, caſtitatis voluit ſplendore radiare: ut in die iudicij, cum ruruſ adveniret, ſine macula & ruga eam poſſit, ſicut per Apoſtolum ſuum inſtituit, reperire. Quarum ſanctio-num omnes ſacerdotes atque levitae, inſolubili lege conſtringimur, ut a die ordinationis noſtrae ſobrietati, ac pudicitiae & corda noſtra mancipemus & corpora: dummodo per omnia Deo noſtro in his, quae quotidie offerimus, ſacrificiis placeamus. Qui autem in carne ſunt, dicente electionis vaſe, DEO placere non poſſunt: vos autem jam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus DEI habitat in vobis, & ubi poterit niſi in corporibus, ſicut legimus, ſanctis DEI ſpiritus habitare? Et quia aliquanti, de quibus loquimur (ut tua ſanctitas retulit) ignorantia lapſos eſſe ſe deſent: his hac conditione miſericordiam dicimus non negandam, ut ſine ullo honoris augmento in hoc, quo detecti ſunt, quam diu vixerint, officio perſeverent, ſi tamen poſt hac continentem ſe ſtuduerint exhibere. Hi vero, qui illiciti privilegij excuſatione nituntur, & ſibi aſſerunt veteri hoc lege conſeſſum: noverint ſe ab omni Eccleſiaſtico honore, quo indignè uſi ſunt, Apoſtoli- cae Sedis autoritate dejectos, nec unquam poſſe veneranda attrectari myſteria, à quibus ſe ipſi, dum obſcenus cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla praesentia cavere nos prae-monent in futurum, qui- libet Episcopum, praesbyter, atque diaconum (quod non optamus) ſi deinceps fuerit talis inventus, jam nunc ſibi omnem per nos indulgentiae aditum intelligat obſeratum, quia ferro neceſſe eſt excidantur vulnera, quae fo- mento.

mentorū non senserint medicinam. Ab his non abludit Leo-  
nis Novella 3. ubi ad carnīs sordes refertur conjugium. *Neg, enim,*  
*inquit, dignum est, ut qui spiritali ascensu supra corporis abiectionem*  
*& sordes everti sunt, hi rursus ad carnīs sordes delabantur: sed ē di-*  
*verso, ut divinum ministerium ex corporis sordibus tanquam in altum*  
*aliquē gradū conscendat, convenientius fuerit.* Verum enim verò quod  
vergit temporū atq; morum corruptio? ad eò nec meliores Patres  
facti sunt, quā fuit Marcion hæreticus, qui matrimonium ut ma-  
lum & impudicitiae negotium accusaverat. Vid. *Tertull. advers:*  
*Marcion. add. Dn. Hildebr. d. Nupt. veter. Christian.* ubi catalogum ho-  
stium Nuptiarum exhibet. Sanè non ab ipso DEO lex ulla cœli-  
batus Clero imposita ist: sed demum homines audent laque-  
um conscientis injicere, quod ausus non fuit Apostolus! Non  
debet aliquis extollere præstantiam virginitatis, ut præ illā vel  
contemnat vel etiam condemnet conjugium, eaq; hæretica sen-  
tentia dicitur & anathema est: & cœlibatum tamen oportet sa-  
cerdotem inesse aut cum insigni quādā notā incontinentiæ abire  
Sacerdotem sacerdoti! Magna quidem antiquitatis autoritas est,  
sed non tanta, ut possit plus statuere quā Apostolus actus à S. Spi-  
ritu statuendū ipse putaverat. Non unicuiq; donum continentiae  
datum est, & ideo præstat nubere quā uri: imò qui uritur, ju-  
betur propriam habere uxorem suam. Ne dicam quod ex cœli-  
batu incontinentiæ pejoris mala plura etiam in initiis orta fuerint,  
tibi clam atq; alia ratione voluptates suas explere alicubi rerum  
experimentis visi sunt, ubi Clerici decolorabantur consortio ex-  
tranearum mulierum, quas *subintroductas, sorores, & dilectas,*  
*συνεισδιξις vel ἐπιεισδιξις alii ἀγάνησας* dixerunt. quod obscæ-  
næ suspicionis exemplum publicis legibus coercendum fuit. Vid.  
*l. 19. Cod. Justin. § l. 44. Cod. Theod. d. Episcop. & Cler. & ad hanc Jacob.*  
*Gotbofr. in luculentiss. Comment. Christoph. Justell. in not. ad pag. 30.*  
*Cod. Canon. univers. Eccles. in Biblioth. Jur. Canon. veteris p. 70. Carol.*  
*Annib. Fabrot. in not. ad Theodosii Balsamonis Constitutionum Ecclesi-*  
*astic. Collect. lib. 1. tit. 3. leg. 19. in dict. Biblioth. p. 1389. Carol. du Fres-*  
*ne glossar. med. & infim. Latin. voc. sorores, subintroducta. Matth. Mo-*  
*nach. sive Blast. Syntag. alphab. lit. γ cap. 19.* Satius igitur videtur  
non

\* conclusio  
ditur pro  
conjugio  
Sacerdo-  
tum.

non subire tentationis periculum, honestiusq; merito censetur  
 nubendi potestate sepelire notam incontinentiæ. Et quis est  
 qui rectè dixerit matrimonium obstare atrectandis sacrosanctis  
 Mysteriis? Non DEUS in veteri Testamento dixit, nec in Novo  
 Christus aut Apostolus: sed quòd Episcopus hìc etiam potuerit  
 maritus esse, satis expeditum est. *ad Tim. 3.* Imò in Gangrensi Concilio  
 supra laudato hic canon legitur: *Si quis discernit presbyterum con-*  
*jugatum tanquam occasione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & al-*  
*eius oblatione ideo abstinet, anathema sit.* Qui canon quomodo non  
 de eo intelligendus sit qui uxorem habuit (ut est in *Collectione Di-*  
*onysii Exigui*) sed qui adhuc matrimonio junctus est, doctissimè  
 more suo explicat *Dn. Ziegler. ad Lancell. Instit. Jur. Can. lib. 2. tit.*  
*12. p. 433.* Equidem vix dubitandum est, quin à gravitate sacer-  
 dotali alienum videri possit, sedere ad latus aut in gremio lascivi-  
 entis puellæ, inq; ipsis nuptiis sectarinugarū festivitates, aut à pri-  
 mo conjugalis voluptatis experimento ascendere ad altaria. vid.  
*Dn. Hildebr. d. diff. d. nupt. veter. Christi. quatern. 2 in fin.* Attamen  
 hìc benè sibi perpendendum sumunt Clerici, quod Hieronymus  
 scripsit in Epistola à Nepotianum, *ut sacerdotium propositum, & pro-*  
*positum sacerdotio ornetur.* Eam oportet moribus veterum Sacer-  
 dotis uxorem esse, quæ non tantum in privato usu officioq; ad-  
 ministra sit, sed & in administratione sancta regni cœlorum. qua  
 de re vid. *Franc Jun. Animadv. in Bellarm. controvers. lib. 1. fol. 1230.*  
 Cum tali autem sponsa aut uxore non periclitatur clericalis gra-  
 vitas vel ordinis dignitas. Quinimò haud minima pars Clerico-  
 rum juxta *Canonem 39. Concilii A3athensis & can. 54. Concilii Laodi-*  
*cei*, evitant convivia, ubi amatoria canuntur, & turpia aut obscæ-  
 ni motus corporum choreis & saltationibus efferuntur. quidni  
 igitur evitarent in suis ipsi nuptiis quarum autores sunt? tum  
 verò quomodo abstinentum sit, ut quis precibus vacare queat &  
 pro veneratione Mysteriorum non nisi præparatus accedat, con-  
 silium Apostoli ipsum indicat *1. Corint. cap. 7. vers. 5. vid. Matthæi*  
*Monachi sive Blastaris Synt. alphabet. lit. 7. cap. 18.* Adde hac de re  
 nim: *de cœlibatu aut conjugio Clericorū latissimè differentem Chem-*  
*nitium in Exam. Concil. Tridentinis sess. 8. can. 9. p. m. 484. usq; 519.*

VI. Sanctimoniales porrò dicebantur virgines tanquam  
 pro-

propriâ & excellentiori sanctitate, quæ intacto corpore, Christo dignum præbebant officium. *August. de verb. Dom. Serm. 22. cap. 1. Sex Vitâ S. Genovesæ c. 1. vid. Carol. du Fresne gloss. med. & inf. latin. voc. Sanctimoniales.* Hæ à sanctimonia & vitæ integritate ita dictæ interdum certis, sæpe nullis illigatæ erant monasticis votis, *d. Gloss. Carol. du Fresne d. loc.* Dicuntur autem Sanctimoniales in Codice Theodosiano & in Majoriani novella 8. in virginitate perpetuâ viventes, quæ se sacræ legis obsequio dedicarint, quæq; à seculari permixtione translata Christianæ fidei præcepta servarint continuata virginitate *l. 4. & 6. dist. Cod. d. cens. & dist. Novell. 8.* Unde & DEO dicata virginitas *d. Novell. 8.* Has magno in honore habuit Constantius Imp. ut *Sacrosanctas* suis in rescriptis & constitutionibus sæpe vocaverit, sicut testis est Athanasius in *Apologia sua ad Constantium* & videre est in *l. 1. Cod. Theod. d. rapu & matrim. sanctimon. ubi Jacob. Gothofr.* Veruntamen quod docet Jacobus Gothofr. *d. loc. eâ* tempestate A. Dom. CCCLIV. sponso sanctimonialium tantæ nondum religionis erat, ut contrahi postea matrimonium vetaret. Id colligit ex can. 19. Concilii Ancyran, quod celebratum A. D. CCCXIV. ubi: *quicumq; virginitatem promittentes irritam faciunt sponsonem, ii digamorum definitionem impleant.* Erat autem pœna digamorum juxta canonem I. Concilii Laodiceni, *ut exiguo tempore elapso, postquam precibus & jejuniis vacassent, secundum indulgentiam communio ipsis redderetur.* Unde Basilius ad Amphiloichium *can. 18.* innuit quod de virginibus quæ virginitatem professæ postea excidissent & sua pacta, hoc est, promissiones fecissent irritas, antiqvi Patres *clementer & leniter esse admittendas eas sanxerint post annum ad similitudinem digamorum.* Tales digami erant qui priori conjuge præter causam adulterii, secundum leges quidem humanas ab Imperatoribus excogitatas, adeoq; legaliter dimissâ aliam duxissent; quales causas non probabat Ecclesia, indeq; judicio Ecclesiæ binas nuptias eodem tempore constitutas habere censebantur, & canonica multa irrogabatur. *Christoph. Jusell. in not. ad Cod. canon. Eccles. univers. pag. 49. in Biblioth. jur. can. veteris p. 84.* Sicut autem non tollebatur digamorum matrimonium (quod infra *cap. 1. in respons. utriusq; Facultatis Theol. & Jurid. latius patebit*) ita

\*de calibatu sanctimonialium.

C

ad alleg.

ad alleg. can. 19. Concilii Ancyranum monēt Balsamon, nē voti virginitatis infirmationē hic esse fornicationem dixerimus sed legitimum matrimonium, statutā solā digamorum pœnā. Pandect. canon. ss. Apostol. &c. sup. alleg. ex recens. Beveregii tom. 1. p. m. 396. Sed magis colligitur ex Cypriano (qui vixit circa annum Dom. CCXLIX.) lib. 1. epist. 11. ad Pompon. de virginib. sacrīs, quomodo votū ab initio fuerit non sine conditione, nisi donū continentia habaud datum sit. Hinc ait: Quod si sese ex fide Christo dicaverunt pudicē & castē sine ullā fabulā perseverent, ita fortes & stabiles prēmium virginitatis expectent. Sin autem perseverare nolunt vel non possunt, melius est, ut nubant, quā in ignem delictū suū cadant. Verum enim verō distinguit Balsamon ad supra alleg. can. 19. Concilii Ancyranum inter viros feminasve, qui quæve mundo renunciavere & vitam monasticam elegere, & inter alios quosdam cum laico habitu ad Deum accedentes & virginitatē profitentes. Qui enim virginitatem elegerunt (sunt verba Theod. Balsamonis ex interpretatione latinā) suam DEO professionem irritam facientes & se matrimonio conjungentes, digamorum pœnis non subjiciuntur, sed divulso & separato matrimonio, ut quod non possit consistere, valde puniuntur, & monasterio in quo tonsi sunt, traduntur. Adde Eundem Balsam. in can. 16. Concil. Chalcedonensis. d. tom. 1. Pandect. Cann. p. m. 132. Equidem adulterii pœnis (quæ erant graviores, nimirum: communionis ad quindecim annos privatio. Zonar. ad Basilij can. 66. ad Amphilocho.) has ipsas virgines à voto suo ac professione lapsas subiciebat Basilij ad Amphilocho. d. can. 18. quæle tanquam adversus Deum ipsum adulterii crimen damnatum legimus in ipsius Epistol. ad virg. lapsam inter opera ejus tom. 2. p. m. 749. & seqq. it: ap. Ambros. in tr. ad virgin. lapsam. cap. 5. tom. oper. 4. p. m. 452. Idem Basilij in Asceticis seu sermone de institutionib. Monachorum p. m. 390. tom. 2. ita de religiosæ vitæ & cœlibatus professione non violandā interprete Georgio Trapezuntio: Ante religiosæ istius vitæ professionem, inquit, liberum est unicuique, quatenus per DEI indulgentiam leges permittunt, communem cum ceteris vivendi morem sequi, sibiq; uxorem adungere: Ubi verò jam quis sponte suā ipse professus est, hic DEO custodire se ipsum debet, veluti eorum aliquid, quæ dicata sunt DEO, ne sacrilegij iudicium incurrat, cum videlicet corpus, quod semel Deo consecravit, ministerio

tur.

*rursum eomnis vitæ contamine. Pari sententiâ Epiphanius ad-  
 vers. heres. lib. 2. tom. 1. heres. 61. n. 6. p. m. 511. illud ab Apostolis san-  
 ctam DEIEcclesiam traditum accepisse profitetur: post decretam  
 virginitatem ad nuptias sese conferre, scelere implicatum videri. Ad-  
 de Gelasii decretum 20. ubi hic incesta fœdera sacrilegaq; misce-  
 ri statuit, in Biblioth. jur. Canon. veter. p. m. 243. Matthæus Mona-  
 chus in Syntagmate alphabetico lit. 7. cap. II. pœnarum capita-  
 lium meminit, quæ infligi solitæ fuerint Diaconissis, quæ aliquan-  
 do anno ætatis non tantum quinquagesimo, sed & quadragesi-  
 mo ordinabantur Nov. 6. c. 6. can. 16. Concil. Chalced. Novell. 123. c. 13.  
 Christoph. Justell. ad Cod. Canon. univers. Eccles. p. 65. in Biblioth. jur.  
 Can. veter. p. 94. Si enim ausæ fuissent (quod ait citatus Mona-  
 chus sive Blaftares) ordinationem dehonestare vel matrimonium  
 vel aliud iter vitæ sectando, mortis reæ fiebant, & monasteriis ea-  
 rum vel earum Ecclesiis facultates addicebantur. Qui autem ipsas  
 uxores ducere ausi, gladii pœnam merebantur, & facultates eorû  
 fiscus accipiebat. Jovianus Imp. A. Dom. CCCLXIV. eum, qui  
 vel attentare sacratas virgines matrimonii jungendi causa vel in-  
 vitare ausus fuisset, capitali pœna puniri iussit. l. 2. C. Theod. de  
 rapt. vel matrim. sanctimon. &c. quæ lex in Cod. Justin. est 5. tit. d  
 Episc. & Cler. & canonizata est in decreto, de penitentia, distinet. 1.  
 can. 6. Quibus adde legem Baivvariorû tit. 1. c. 12. & leg. Longobard.  
 lib. 2. tit. 37. l. 1. in Cod. legg. antiq. Lindenbrogii: ubi Christum sponsum  
 dereliquisse virgo Sanctimonialis dicitur, si ad nuptias seculi confu-  
 gerit, & punitur. Longio pro cœlibatu Sanctimonialium non pro-  
 gredior, nisi quod unicum adhuc locum ex Augustini Retract. lib.  
 2. c. 22 cum Jacobo Gothofredo notandum censeam. Ita Augustinus  
 contra hæresin Jovinianam: Joviniana hæresis, sacrarum virginum  
 meritum æquando pudicitie conjugali tantum valuit in Urbe Roma,  
 ut nonnullas etiam sanctimoniales, de quarum pudicitia suspicio nulla  
 præcesserat, deiecit in nuptias diceretur, hoc maxime argumento cum  
 eas urgeret, dicens: Tu ergo melior es quam Sara, melior quam Susanna  
 sive Anna? & ceteras cum memorando testimonio sancta scriptura com-  
 mendatissimas feminas, quibus se illæ meliores vel etiam pares cogita-  
 re non possent. Hoc modo etiam virorum sanctorum cœlibatum com-  
 memorations Patrum conjugatarum predicatione frangebatur. Huic  
 C 2  
 monstro*

*monstro S. Ecclesia, qua ibi est, fidelissimè ac fortissimè restitit. Ce-*  
*terum ut demum ad finem nobis propositum properem, haud*  
*malè censetur prohibitum attentare virgines, quæ voto se-*  
*met dedicarunt Domino & abstinere velle ab amore viri con-*  
*testatæ sunt. ita enim Chemnitius ad Concil. Trid. sess. 8. can. 9. in*  
*Exam. de cœlib. & virgin. cap. 9. Non leviter sanè, inquit, aut teme-*  
*rè ab eo, quod jurejurando promissisti, discedendum est. Adhibeas*  
*igitur diligentiam, conatum, luctam, & addas preces; quod si DEO*  
*juvante, ita potes usionem reprimere & restringere, benè est, serves*  
*cœlibatum, juxta Pauli consilium & præscriptum. At verò, nequè*  
*hic fatius est uri quàm nubere; peccare in corde suo atq; lascivire,*  
*quàm in matrimonio vivere. Non sacrilega judicanda est (quod*  
*ait Imp. Majorianus in Novell. 8.) quæ non posse complere appetiti con-*  
*jugij honestate prodiderit, cum Christiana religionis instituta atque*  
*doctrina melius esse censuerit virgines nubere, quàm impatientia ar-*  
*dore naturali professa pudicitia non servare viritatem. Non li-*  
*cet lascivire adversus Christum, hoc est, petulanter lascivire; qua-*  
*lis petulantia reatu tenebantur viduæ, quarum Paulus meminit*  
*1. ad Timoth. 5. quæ ab ipsa demum fide & religione Christi defe-*  
*cerant; sicut locum Pauli explicat Chemnit. dict. loc. Sed licet*  
*tamen in Domino nubere, inq; eo id, quod cupiunt, consequi. Quia*  
*donum continentia singulare est, nec omnibus datum. Ergo id*  
*remedium contra occulta peccata atque immundiciem ample-*  
*ctendum est, quod Deus constituit, quod suâ benedictione exor-*  
*navit, quod ipsum conjunctionis Christi & Ecclesiæ typum in-*  
*gensq; mysterium repræsentat. vid. Mentzer. d. conjug. p. oper. 1076.*  
*de hocce honorabili, imò non tantum honorabili sed etiam san-*  
*cto vinculo optime in Ordinat. Ecclesiast. Megap. tit. 24. Vom Ehe-*  
*Stand fol. 72. ita: Und ist viel heimlicher und hoher Wissenschaft be-*  
*grieffen in diesem Rah von Erschaffung des Mannes und der Frauen/und*  
*von Ordnung der Ehe. Den GOTT hätte woll eine andere Weise gefun-*  
*den/ dadurch Menschen geböhren wähen: ER will aber/ daß im Mensch-*  
*lichen Geschlecht eine Kirche sey/ darumb hat er zweo Persohnen erstlich er-*  
*schaffen/ und nemlich/ den Mann und das Weib/ daß ein herrliche / ordenli-*  
*che Liebe seyn möchte. Und bedeut der Mann den ewigen Sohn GOTTES/*  
*und die Frau die Menschliche Natur / die er an sich genommen hat / und die*  
*herrliche*

herkliche Liebe im Mann gegen der Frauen / bedeutet die herkliche Liebe im  
Sohn Gottes / gegen der Menschlichen Natur / und gegen uns. Und  
alle solche Betrachtung / soll uns bewegen / den Ehestand zu ehren / als ein be-  
sonder Göttliches Werck / das auß hoher Weisheit also beschloffen ist / und  
Gottes Weisheit preißen. *vid. Epist. ad Ephess. tract. d. repud. & divori. ex*  
*Theod. Beza Vezelij praelect. in prior. ad Corinth. epist. p. 126. seq. Chem-*  
*nit. Exam. decret. Concil. Trident. d. matrim. sess. 8. cau. 9. p. m. 426. seq.*  
Quinimò in nostris terris hæc vota meritò omittim⁹, quæ incertū  
habent eventum, indeq; laqueum conscientis contra voluntatem  
Spiritus S. si servanda essent, injicerent. adeò enim suo etiam tem-  
pore Justinianus jusjurandum, quo tutrices matres renunciabant  
secundis nuptiis sustulit, dum ait: *Toties scimus pravaricatum legem*  
*& jusjurandum perjurum datum, quoties penè datum est: ut peccatum*  
*apertissimum esset, quia hoc intulimus jusjurandum ad pravarican-*  
*dum:* Non enim eo quod aliqua servaverunt jusjurandum, propterea  
oportet & eas, quæ ex honorant eum (glossa: Id est, jusjurandum: ali-  
ter tamen, i. e. DEUM) habere occasionem impietatis in Deum. Nam quod  
rarò fit (sicut etiam vetus sapientia docet) non observant legulatores: sed  
quod fit plerumq; & respiciunt & medentur. Unde optimè constitutum  
est in *Sereniss. Ducum Megapol. Ordinat. Eccles. tit. Von der Visitation.*  
In die Jungfrauen Elöster / so noch auff dem Lande / und in Städten ver-  
handen / und nach der Kirchen Ordnung reformiret seyn / können von der  
Domina woll mehr junge Jungfrauen angenommen werden / zu Christi-  
licher Zucht und Unterweisung / sollen aber mit Gelübden und Kappen nicht be-  
laden seyn / sondern andere ehrliche schwarze und demütige Kleidung tragen /  
und sollen da lernen lesen / schreiben / predigt hören / den Catechismus spre-  
chen / zum täglichen Gebere gehalten werden / mit solcher Unterweisung / daß sie  
rechten Verstand der ganzen Christlichen Lehre erlangen / und sich zu rechter  
Anrufung Gottes / und allen Tugenden / gewöhnen / darauß den auch neben der  
Domina / der Elöster Prediger fleißige Acht geben sol. So auch etliche Per-  
sonen hernach wieder auß dem Elöster seyn wollen / und sonst ehrlich leben im  
Ehestande / oder ledig / denen soll unverbotten seyn / sich herauß zu geben / und so  
sie ehelich werden / und unvermögen seyn / soll ihnen auß dem Elöster Hülffe ge-  
schæhen. Adeò igitur Conjugium ab omni contradicentium du-  
bitatione (nisi fallor) satis exsolutum est; quod siquidem nec zelus  
ullus inter bonos criminari poterit, inde nec immeritò prædica-  
bitur sanctum vinculum, firmaq; ipsi erit dignitas. Hæc



\* *Scopus  
hujus præ-  
parationis.*

VII. Hæc multis certè in articulis utilissimam meditationem, quomodo matrimonium pro negotii sanctitate & gravitate non temere ineundum, nec facile dissolvendum; imò ex ratione tamen conjunctionis corporum, quam DEUS noluit nisi ad matrimonii normam esse, favori hujus indulgendum sit. In his necessaria debuit esse hujus Relationis præparatio, quæ ad ea fermè respicit capita: quoniam tamen, quomodo nec temerè illo vinculo quis obstringi debeat inter hæc præparatoria non absq; causa simul designandum esse existimatum est.

VIII. Sanè quoniam conjugium individuum vitæ consuetudinem continet, ubi bona & mala, læta & tristia communicanda veniunt; idcirco non temerè quis obstringi debet hocce vinculo, prout tamen fieri videmus dum aliquando per consequentias ex verbis aut signis diducitur amor, qui faciat matrimonium. Evidem omnino videndum est, annon hic idem locum habere debeat, quod dicitur de testamentis militum in §. 1. *Instit. d. milit. testam.*: apud quos cum plerumq; sermonibus fieri soleat, ut dicant alicui, *ego te heredem facio*, non tamen illud testamentum infert, ne per hoc vera judicia subvertantur. Pari modo dixerim, non illigari matrimonio juvenem, etiamsi lascivus amor verba dederit, quæ sponsam, corculum, dilectamq; aut delicias omnes dixerint virginem. vid. *Coras. Miscell. jur. lib. 3. c. 4. n. 7. tit. Centur. Sætorum Curia Tholos. cap. 88.* enim verò lubricum linguæ neq; hic facile ad obligationem trahendum est, cum aliàs, quæ tumultuario mentis impulsu vel calore quodam licitationis vel nimia animi alacritate promittuntur ad obligationem non pertineant: *Alciat. in rubr. d. Verb. obl. n. 48. tom. 2. p. 3.* unde nec pactis omnibus omnimodam vim tribuere voluerunt veteres Romani, cum certam introduxerint formam, sub quâ demum oriretur plena obligatio. l. 7. §. 4. ff. d. *paët. Wesub. in Paratit. ff. d. paët. n. 9. Paul. lib. 5. sentent. tit. 7. Francisc. Duaren. in rubr. ff. d. V. O. in pr. Donell. ibid. n. 13. Covarrav. in c. quamvis d. paët. p. 2. §. 4. n. 13. Joh. Bologn. in rubr. d. V. O. n. 209. Mynsing. Vinn. Frantzk. S. alii in pr. Instit. d. V. O.* Quid nisi omnes igitur non nisi sub certa demum forma pactum illud indissolubile matrimonii ineant? vid. *Cujac. in tit. Cod. d. Sponsal. o. per. posth. tom. 5. p. m. 450.*

CAP.

CAP. I.

De

SPONSALIBUS ET EORUM  
DISSOLUTIONE

SUMMARIA.

**D**E Sponsalibus non clam & sine testi-  
bus, sed ritè honestèq; ac debitè cum  
pietate inveniendis. Casus I. th. 1.

De consensu parentum in liberorum nu-  
ptiis ex jure divino, naturali, civili,  
& canonico; & quomodo requirendus  
ille sit; momentumq; faciat. Casus II,  
th. 2.

Quatenus à filio ex deficiente consensu pa-  
tris, exceptio contra nuptias promissas,  
post mortem patris, haud compe-  
tat. Casus IV. th. 3.

De copulâ carnali cum promissione ma-  
trimonii, indeq; de juramento sup-  
pletorio in causa matrimoniali. Casus  
III. th. 4.

De copulâ carnali post tractatus matri-  
monij, ubi per leges militares sine præ-  
fectorum consensu sub pœna fustigatio-  
nis & majori conjugium inire prohibi-  
tum erat. Casus V. th. 5.

An liceat viduo uxoris defunctæ fratris fili-  
am ab ipso imprægnatam uxorem du-  
cere. Casus VI. th. 6.

De dissolutione Sponsalium; ubi repudio  
sine justa causa factò pars refractaria  
innocenti alteri injuriam intulisse vi-  
debatur; nec non ubi prohibitum ali-  
ud unius partis matrimonium ipso die  
Passionis Domini copulatum fuerat.  
Casus VII. th. 7.

**N**on immerito contra dignitatem & sanctitatem matri-  
monij esse dicitur, si nullis testibus adhibitis aut sine au-  
toritate eorum, in quorum potestate contrahentes sunt,  
ineatur. Quapropter hæc sponsalia clandestina (vid.  
Beust. part. 1. d. Sponsal. cap. 13. Carpz. Jurispr. Consistor. lib. 2. def.  
33. ibiq; plur. alleg.) rectè improbantur in nostris Consistoriis, in  
tantum, ut contrahentes licet sui juris sint, non teneantur etiam  
in casu si conjugium se clam promississe haud negaverint. Ordin.  
Eccles. Elect. Sax. tit. von Ehe-Sachen alleg. ap. Carpz. d. loc. n. 6. quacum  
ordinatione Electorali etiam concordat ordinatio Consistor. Me-  
gap. tit. von heimlichen Verlobnissen ubi: Die heimliche Ehe-Verlobnissen  
auch zwischen denen Persohnen/die keine Eltern und Vormünder haben/sollern  
nichtig/trafflosch nñ unbindig seyn/und wann gleich die Partheyen geständig/  
daß sie

sie sich mit einander heimlich un̄ im Winkel/ohne Beysehn anderer Leute/ ver-  
lobet habē/so soll doch solches nicht binden und eines das ander zu Vollziehung  
des heimlichen Ehegelöbnis nicht zu dringen haben/ sondern frey stehen/ Es  
wäre dan Sache/ daß sie beyde von gutem freyen Willen sich auff ein neues  
für redlichen Leuten öffentlich verlobten/und in Ehestand begeben wolten/ das  
soll geduldet werden/ gleich als hätten sie sich zuvor heimlich nie verlobet / je-  
doch mit dieser Maas̄ und Bescheidenheit / daß dadurch einem öffentlichen  
Verlöbñus/ da vielleicht ihreines mit einem andern darzwischen/ und nach  
dem ersten heimlichen vermeinten Gelübñis/ sich öffentlich zu der Ehe ver-  
pflichtet/ oder verlobet hätte/ nicht präjudiciret, oder Nachtheil und Ab-  
bruch zugesüget werde/ den ein solch offenbahrlich Ehegelübñis soll durch das  
heimliche nicht verdrucket noch verhindert werden. Sanè dum emanci-  
pato olim quinque testibus civibus Romanis presentibus & libri-  
pende facta fuit, de quo ritu vid. *Caj. 1. Instit. tit. 8. in fin. Myn-  
sing. § plur. Dd. ad §. 6. Inst. quibus mod. jus patr. potest. solv. inde non in  
congruè inferitur, quod neq; matrimonium (negotium prorsus  
maximi momenti) sine testibus expediendum sit. Cypr. d. Spon-  
sal. cap. 10. §. 2. n. 2. Add. Abb. Panormit. in rubr. X. d. clandest. Spons.  
Anton. Butr. in c. cum inhibitio 3. in notab. X. d. tit. quos allegat & sequi-  
tur Plot. tr. d. in lit. jur. §. 7. n. 1. Quocirca optimè à Cypræo allegantur  
mores Atheniensium, de quibus testis est Demosthenes in Orat.  
priori in Oretorem p. m. 922. Ubi nequè quisquam, ait (quemad-  
modū græca verba exponuntur in latina versione per Hieronym.  
Wolffium) in tali contractu nullos testes adhiberet. Imò hic de causis &  
nuptias celebramus, & maximè necessarios invitamus, quod non levīs res  
sed vita sororum & filiarum aliene fidei committitur, quæ ut in tu-  
ro collocentur, summâ curâ providemus. Et sanè quī poterat lauda-  
ri negotium, ubi sequestres turpiumq; libidinum ministræ (vid.  
Jacob. Goth. in l. i. Cod. Theodos. d. nupt.) potiùs interveniunt, quàm  
ut futuræ conjugum societati communi familiæ consilio prospici-  
atur? Benè à Jacob. Gothofred. ad l. i. Cod. eod. de raptu virg. vel  
viduar. adducitur Hieronymus ad Furiam de viduitate servan-  
da, ubi Cape, inquit, nutrices & gerulas & istiusmodi venenata ani-  
malia, quæ decorio tuo satiari venterem suam cupiunt: non suadent,  
quod tibi, sed quod sibi profit, & sepe illud obgannunt:*

Solane

*Solane perpetua maritus carpere juvenas,  
Nec dulces natos, Veneris nec premia noris?*

Imò consilium & præsentia propinquorum honestissimè adhibetur, ubi novum affinitatis & conjunctionis vinculum contrahitur. Unde nec malè cum Annæo Roberto *lib. 1. Rer. judic. c. 2.* argumentamur: cum hic sit matrimonii finis & effectus, ut alter conjugum in alterius familiam adoptetur, & soboles inde procedens jura tam agnatis quàm cognatis succedendi consequatur; par est, ut omnia in præsentia propinquorum & tanquam ex consensu totius familiæ fiant. vid. *Plutarch. sympos. lib. 4. qu. 3. p. 667. Zanch d. operib. 6. dierum. lib. 4. c. 1. cit. abs B. Dn. Mev. ad. J. Lubec. libi. tit. 4. art. 2. n. 25.* Hinc demum necessitas etiam Imp. Constitutionibus inducta est in conjunctionibus virginum ac viduarum minorum 20. annis, ut si patres mortui essent, publicè consuleretur affinitas, adhiberetur frequentia procerum. *L. 1. Cod. Theod. de nupt. quæ in Cod. Justin. quamvis non tota extat in l. 18. d. nupt. add. Jus Lubec. p. 1. tit. 4. art. 2. ibiq; Dn. Mev. n. 23.* Sed verò aliud etiam hic apud Romanos testimonium rogatorum documentum extat, ubi tabulæ dotales annulis eorum, qui aderant, signatoriis obsignabantur. *Juven. Satyr. X. vers. 336.* tum etiam non minus sponsaliorum solennitas epulo egregiè instructo fiebat. *Cic. ad Q. frat. lib. 2. epist. 4. Cypr. cap. 10. § 3. p. m. 344* quibus quale exemplum ex sacris literis accedat, cum Boas Ruthã ducturus testes convocarit, contra clandestina sponsalia allegat ex *libr. Ruth. cap. 4.* Cypræus de *sponsal. cap. 10. § 2. n. 1.* & ex eo *Gerhard. loc. d. Conjug. §. 142.* ac post ipsum *Carpoz. Jurispr. Confess. lib. 2. tit. 3. def. 32. n. 8. 9.* De Christianis non tantum testis est Ambrosius, quòd olim sponsalibus conficiendis decem testes adhibuerint, quando ita ad virginem lapsam c. 5. *Nam si inter decem testes, inquit, confectis sponsalibus, nuptiis consummatis, quævis viro femina conjuncta mortali, non sine magno periculo perpetrat adulterium, quid putas fore, si inter innumerabiles testes Ecclesia coram Angelis, exercitiis cæli, copula spiritualis per adulterium solvitur. Quæ testimonium adhibendorum observantia pariter colligitur ex c. 3. Caus. 30. qu. 5. ubi: postquam arrbis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit, dotemq; verig; placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram invitatis ab utraq; parte tradiderit, ambo ad nuptias*

D

alia

*alia fœdera producantur &c.* Sed etiam solennis inter ipsos lex fuit, ne quis uxorem duceret, aut de nuptiis cogitaret, quin prius Ecclesiam, id est, episcopum, sacerdotes, viduas, ceterumq; cœ-  
 rum consulisset, eisq; conditiones futuri conjugis, statum, religionem, sectam, patriam deniq; ac mores, & ætatem exposuisset. *Albasp. d. veter. Eccles. ritib. observ. lib. 1. c. 24. Jacob. Gothofr. in l. ult. Cod. Theod. d. nupt. Hildebr. d. nupt. veter. Christian. quatern. 3. & 9.* Hinc sacerdotes dicebantur nuptiarum consiliarii. *Tertull. lib. 2. ad ux. c. 2.* Indeq; phrasis *ab Episcopo, à vidua petere maritum.* Nimirum (ut sacerdotes à consuetudine & familiaritate mulierum longius amoverentur) hinc viduæ erant, quæ natæ annos sexaginta secundum præceptum Apostoli 1. *Timoth. 5. vers. 9. vid. l. 27. Cod. Theod. d. Episc. Eccles. & Cler. ibiq; Jac. Gothofr. add. l. 9. Cod. Justin. d. Episc. & Cler. ad eamq; Jac. Gothofr. d. loc. vid. Christoph. Justell. in not. ad Cod. Can. Eccles. univers. pag. 65. in Biblioth. jur. canon. veter. ex edit. Guil. Voelli & Henrici Justelli p. 93. Matth. Monach. sive Blastar. Syn. Alphabet. lit. γ cap. 11. alibi Diaconissæ appellantur. l. 28. C. Theod. d. tit. ibiq; Gothofr. quibus virgines sensa animi de futuris nuptiis aperiebant, per easq; Episcopum consulebant. *vid. Autor. modo alleg. quibus adde Carol. du Fresne gloss. med. & infim. Latin. voc. diaconissa, vidua it: not. Christoph. Justelli d. loc. ad Cod. cann. Univ. Eccles. p. 65. in Biblioth. J. Can. veter. pag. 94. it: ad d. Cod. p. 50. totius biblioth. p. 86.* Et quanquam ratio fuerit olim singularis, ne (sicut est ap. *Albasp. observ. 24.*) parva manus Christianorum polueretur, aut quisquam eorum gentilis conjugio vel Judæi aut hæretici macularetur, è qualibus matrimoniis multa futura incommoda prævidebant: optimum tamen fuit nec non retinendum institutum, ubi sanctum illud conjugii vinculum non nisi sanctæ Ecclesiæ conciliatrice nexum. *vid. Tertull. lib. 2. ad uxor. cap. 9. ibiq; Albasp. & Fr. Jun. in not. item Jacob. Gothofr. ad l. 3. Cod. Theod. d. nupt. qui locum Tertulliani aliter atq; Dn. Hildebrandus in d. diss. quatern. 11. explicant.* Hinc non ab re est consiliū Erasmi, quod recenset *Cypr. in fin. §. 3. cap. 10. de sponsal.* ut proceres Ecclesiæ dignarentur statuere nullum matrimonium prius esse ratum, quam apud magistratus ad hoc designatos adhibitis testibus clarè conceptis verbis uterque sobrius ac liber alteri condicat conjugium, eaq; verba  
 scripto*

scripto serventur. Laudatissima sanè est Serenissimorum  
Ducum Megapolensium constitutio in Ordin. ecclesiast.  
vom Kirchen-Vericht fol. 132. b. ubi: Die Pastores sollen auch  
keine uneheliche Verwöhnung gestatten/ noch über heimliche Verlöb-  
nissen halten/ denn der Ehe-Stand soll mit öffentlicher desponsation  
und Gebech/ in Deyseyn etlicher ehrlicher Menschen/ als Zeugen/ angefan-  
gen werden. Wenn nun die Personen also ordentlich auff vorhergehenden  
desponsation/ und der Eltern / oder Vormünder/ und ihrer eigenen Bewilli-  
gung in der Kirchen/ oder in den Häusern/ in Gegenwart ehrlicher Männer  
und Zeugen/ im Nahmen der heiligen Dreysalligkeit verlobet seyn/ so mögen  
solche Verlöbniß nicht wieder getreuet werden. Hic injicitur mentio, ut des-  
ponsationes fiant in templo, quod praxi hodiernâ, sed non ubiq;  
tamen, observatur in agris hujus provinciae, ubi praesente paro-  
cho cum testibus, intervenientibus iis, quorum in potestate sunt,  
despondentur invicem. Adeo quàm fidelissimè jubentur moneri  
subditi in his terris Meklenburgicis, quàm non temerè matrimo-  
niū inire debeant, sed decenter, in honorem ejus, qui instituit, &  
ob vinculum necessitudinis, quæ oritur. *vid. Ordin. Eccles. Megapol.*  
*tit. vom heiligen Ehestand fol. 217.* Ex his igitur rationibus judicabatur  
in nostro Consistorio Ducali Megapol. Anno MDCLXXXVI.  
post Dominic. i. Advent. Domini, ubi mulier sibi promissionem  
matrimonii factam asserbat, consensumq; matris subsecutum  
testibus adductis probatura erat, addito hōc, quod sponsa habita  
eoquè nomine aliquantisper in viri domicilio fuisset commora-  
ta. quandoquidem placuit, ne cogeretur vir ad subeundum cum eâ  
conjugii vinculum, partim quia hactenus sub sacra divini nomi-  
nis obtestatione non fuerat facta promissio, & probandus sal-  
tem (velut agebatur) ex conniventia matris consensus; par-  
tim etiam quia testes non adhibiti, maximeq; quia non ex ardui  
diviniq; negotii honestate ac dignitate matrimonii incundi in-  
stituta fuerat ratio. Attamen quia spe matrimonii facta vir in do-  
mum suam admiserat feminam, multatus fuit, damnatusq; ut  
saris faceret illi & expensas litis solveret. Certè matrimonii di-  
gnitas parentib; quoq; argumentum esse poterat, quò debitâ cum  
pietate publiceq; coram testibus nectant indissolubile liberorum  
D 2 sanctumq;

sanctumq; matrimonii vinculum. quandoquidem sicut in matrimoniis, quæcunq; furtiva sunt, odiosa censeri debent & suspecta. l. 7. Cod. de repud. Ann. Robert. rer. judic. lib. 1. cap. 2. ita hoc eò magis non immeritò obrinet, quia nomen Domini hic sapenu-merò in vanum sumitur, ubi sponsalia in nomine sacrosanctæ Trinitatis pacta mutuo dissensu dissolvuntur: ubi, si altera pars neget sponsalia facta esse, parentum testimonio aut iurijurando partium res committenda non est. vid. Habn. ad Wesenb. tit. d. iest. n. 3. obs. 12. junct Carpz. d. Proccss. tit. II. art. I. n. add. Mascard. d. probat. concl. 1024. Menoch. d. A. J. Q. lib. 2. cas. 102.; imò ubi peccandi occasio porrigitur, cujus expiatio ob cessans probationis argumentum nulla est. Huic malo ut obviam eatur, quæ melior constitutio, quàm ut sponsalia non nisi publicè sub invocatione nominis divini ritè honesteq; contrahantur? unde constare posset, quomodo DEUS conjunxisset, quos homo separare non debeat. Hac ratione circa id quod jure divino atq; gentium non invalidum, non minus magistratui licebit certam formam addere, quàm ipsi licet valida jure divino consobrinorum sponsalia invalidare: imò (quod huic casui magis forsan conveniens) tali negata potestate quis partibus reluctantibus irrita sponsalia dici posse existimaverit, quæ illi, qui sui juris sunt, contraxisse non negaverint, cum sine testibus contraxerint? Tacemus, quòd jus civile aliàs id omne tolleretur, quod nec per omnia juri naturali vel gentium servit, sed tunc, cum aliquid addimus vel detrahimus, nascitur. l. 6. pr. ff. d. Jus. & Jur. Quibus omnibus hoc in casu non obstat effatum illud divinum: Quod DEUS conjunxit, homo non separet, nec injungit gravio rem curam: nam (quod ait Pulvæus in opusc. de nupt. p. 31.) cum Deus omnium rerum publicarum formas approbet, quæ divino juri contraria non sunt, & leges sint, vel Demosthenis testimonio, ἐν ἑκείνῃ τῇ δόξῃ οὗτῶν ἡ. e. Dei inventum ac munus (Demosth. in Aristogit. cujus verba sunt in l. 2. ff. d. J. & J.) Eos demum Deo autore rectè verèq; conjunctos credendum est, qui secundum præscripta legum matrimonium contraxerunt, cum hac matrimonii contrahendi ratio honestati ac pietati consulat. Peccant, qui magistratus jussui haud obediunt; sed magis peccant, qui dum vincula conjugii non temerè nec clauculo, sed publicè contesta-  
tione

tionē depositā firmare iussi sunt, tam ardui haud debitē venerantur  
sanctitatem negotii. Unde nec querela etiam desertæ parti nlla  
superest: illa enim habet quod sibi imputet, contractum sine testi-  
bus aut sine instrumento factum esse & contra præscriptam ma-  
gistratus ordinationem. Quocirca hoc casu si de factâ promissio-  
ne constiterit, licet propter transgressionem legis uniparti succur-  
rendū non sit, hoc est, licet haud cogenda pars quæ detrectaverit,  
nec pœna, quæ desertoribus conjugū dicitur, irroganda sit, pœnæ  
tn. omni non eximendos eos esse putaverim qui frivole egerint.  
Interea verò si sponsalia cum parentū consensu facta esse absq; te-  
stibus ex confessione utriusq; partis constet: id sufficere in  
nostris terris Meclenburgicis, ut sponsalia firma sint nec audian-  
tur si separari cupiant, Dominis Collegis in Consistorio, ubi talis  
qvæstio obferebatur, visum est. Sic enim in mentē nobis inci-  
debant, quæ hac in re exposuit *Celeb. quondā JC. & Reipubl. Lubec. Syn-  
dicus meritisissimus Dn. Henricus Michaëli Resp. 11. p. 15. seqq.* ut, quoniam  
sponsalia clandestina sunt, quæ sine parentum consensu facta, inde  
ex natura contrariorum ea, quæ cum consensu parentum inita, pu-  
blica sint ac legitima. *l. fin. §. fin. ff. d. legat. 3. Joan. Bellon. lib. d. argu-  
ment. leg. add. Thesaur. loc. comm. jurispr. ex axiom. Barbof. & ana-  
t. 7. O. Tabor. & alior. tit. contrariet. ex. 10. ibique alleg.* Quo sen-  
su etiam supra allegatam *Ordinationem Ecclesiasticam rit. vom Kir-  
chen Gericht fol. 132.* accipiebamus, ut ea propter non collectivè sed  
distributivè verba ibi posita intelligeremus, nim: quò tam illa  
sponsalia indissolubilia habeantur, quæ cum parentum consensu  
in ita sunt nec negantur, quàm quæ probaverit testiū alio-  
rū fides. Accedebat quòd quidem postrema verba loquantur de  
modis, quibus non solvantur sponsalia; non autem excludantur  
etiam in iis verbis modi, quibus secundum jus commune validè  
contrahantur eadem: ut sic quæ conjunctim hic primo intuitu  
posita sunt, altero secundum jus commune intelligi ac separari  
queant non incongruè. Planè hic meminimus, quòd Dd. sen-  
tentiā argumentum à contrario non admittatur in statuto, si cor-  
rigatur jus commune. Vid. *Alex. ab Imol. lib. 2. Conf. 69. n. 9. fol. 50.  
& lib. 7. conf. 10. n. 4. fol. 8 & lib. 5. conf. 25. n. 12. fol. 25.* Unde magis pu-  
tabamus hoc concedendum Dno Michaelis (quod in simili fermè



casu consuluit d. resp. 12.) ut hoc matrimonium jure divino & gentium non invalidum taliter tanquam ex transgressione legis civilis infirmum hinc etiam credendum non sit. Id verò maxime videbatur, quia lex nova generaliter seu simpliciter loquens, recipit interpretationem ex jure communi, ut quoad fieri possit, minus jus commune corrigatur. *Sebrad. de feud. part. 10. sect. 20. n. 168. Regn. Sixtin. inter Marpurg. cons. 21. n. 27. lib. 2. Curt. Jun. cons. 129. n. 2. Thesaur. decis. 41. n. 23. Gail. lib. 1. obs. 50. n. 8. lib. 2. obs. 33. n. 4. ibiq. alleg. Dd. Carpz. lib. 6. tit. 5. Resp. 49. n. 19. part. 1. dec. 3. n. 13.* tum amplius statutum ex æquo & bono accipiendum est; & quicquid statuto non expressè mutatum, in eo observanda juris communis regula. *B. Dn. Mevius part. 1. dec. 133. n. 8. Spart. 7. dec. 77. n. 6. add. Michael. dist. resp. 12. p. 31.* Quocirca non immeritò hic casus accedentis consensus parentum eorumque consentientium, à causa clandestinorum sponsalium quamvis partium non negantium discernendus. nam quodnam ibi consiliū videbitur tanti negotii? quæ non suspiciones erunt libidinum & fraudū? cum è contrario si parentes accesserint nec sponsalia diffessi fuerint, hinc certè majus momentum matrimonii erit, cū non liberi conjugē sibi cæco amore quæsierint, sed parentes pleno consilio approbaverint. quæ omnia demum confirmat Constitutio Serenissimi Ducis ADOLPHI FRIDERICI de A. MDCLIII. d. IIX. Novembr. ubi parentum aut duorum testium testimonia sufficere statuit, ut verbi divini ministro sponso publicè proclamaturò fidem faciant, ibi: *Wierdens sollen hinsüro / wenn sich Braut und Bräutigam wollen abtündigen lassen / so woll sie beyde als beyderseits Väter / oder wo dieselben nicht mehr leben oder zu fern sind / die Vormünder / oder die nächsten Freunde / als zween ehrbare und glaubwürdige Männer / mit dem Bräutigam und der Braut einen oder mehr Tage vor der Verlöbdingung und nicht allererst des Sonn- oder Fest-Tages morgens / da es geschehen soll / zu dem Pastoren ins Haus kommen / und ihm alda berichten / daß sie ihren völligen Consens und Willen in solche Heyrath geben / und keine nahe Verwandniß zwischen ihnen / auch daß sie mit andern verlobet seyn / nicht wissen / mit Wahrheits bezeugen.* Sed satis de his; videbimus paulò amplius quæ de consensu parentum dicenda, inq; nostris Collegiis decisa sunt.

II. Consensum parentum ex ipsa pietatis ratione à liberis in nupti-

nuptiis contrahendis quærendum esse, neglectumq; lædere consci-  
entiam, nemo est qui ambigat. Sed dudum quæsitum est: An iure di-  
vino atq; naturali consensus talis necessitatis sit, an honestatis?  
quocirca anceps disceptatio est. Certè quia liberi parentibus nepo-  
tes gignunt, quibus omnes avitæ cedunt facultates, hanc ob ratio-  
nem (nisi fallor) prorsus naturalem (*diffens. comm. Dd.*) necessarius  
in liberorum nuptiis parentum consensus erit. Etenim quid juvat  
exheredandi facultas, ubi vindicta patris est calamitas, qui dum  
prole punit, semet pungit? Hoc unicum videtur laborum & sudo-  
rum solatium, bene prospexisse posteris; indeq; factum, quod tale  
votum læserit, naturæ rationi contrarium erit. Sed amplius, quis  
non dixerit parentum amorem esse conciliandum his, qui cum  
filio degunt? cui cum adjuncta uxor adeo adhæreat ut una caro  
censeantur, absurdum videretur, filionon licere odium parentis  
petere, sed assumere tamen conjugem posse quæ parenti exosa sit.  
Est jus parentum, quod imperii & potestatis nomine signari solet.  
vid. *Bæcler. in Hug. Grot. d. Jur. B. & P. lib. 2. cap. 5. §. 1.* hoc sive ex ge-  
neratione deducatur, sicut *Grotius* autor est *d. loc.* quem sequuntur,  
*ibid. Bæcl. Osiand.* sive ex tacito pacto, ubi quemadmodum pa-  
rens (sic ratiocinante *Pufendorffio d. J. N. & G. lib. 2. c. 2.*) eo ipso quod  
infantem tollit, declarat, sese obligationem à natura injunctam imple-  
turum, infantemq; quantum in se bene educaturum: ita contra in-  
fans, etsi propter latentem adhuc rationis usum reciproca officia, pa-  
rentum obligationi ex adversum respondentia, expressè nequeat pro-  
mittere; ex ipsa tamen parentum opera obligationem erga eosdem  
contrahit, non minus quàm si expressus ipsius consensus accessisset. Ea q;  
obligatio sese exserit, quamprimum, quid à parentibus erga ipsum sit  
gestum, potest intelligere: certè tamen utrinq; constat, quo-  
modo, quod essentiam & conservationem à nobis accepit, nobis  
cumprimis se accommodet. Unde lex quædam gratitudinis in-  
signe illud patriæ potestatis jus tribuit, ut agrè facere parentibus,  
aut invitis iis quicquam agere nefas sit. *vid. Dn. Pufendorff. d. loc. §. 10.*  
Et sanè qui poterat ægrius quisquam facere parentibus, quàm si in  
negotio tanti momenti, ubi quis derelinquet patrem & matrem  
& adhærebit uxori suæ, spreverit eorum consilium, & invitis iis  
egerit? unde *Demipho ap. Terent. P. borm. act. 2. sc. 1.*

Itane

*Itane tandem uxorem duxit Antipho injussu meo?  
Nec meum imperium: age, mitto imperium; non  
simulacrum meam*

*Revereris saltem? non pudere? ô facinus audax!*

*Et mox: Act. 2. sc. 3.*

*En, unquam, exclamat, cuiquam consumeliosus*

*Audistis factam injuriam, quam hæc est mihi?*

*Æquum est, quod ait Theophilus paraphrast. in tit. 10. d.*

*Nupt. interprete Jac. Curtio Brugenii: ut qui ad illam usq; ætatem eos  
(liberos) educaverunt (parentes scilicet) hoc honoris habeant, ut matri-  
monio consentiant. Hoc jus non patri tantum competit, sed etiam  
matri: imò matri potius quàm patri aliqui tribuunt, qui molestias  
uteri respiciunt; quique matrem terræ patremq; aratori com-  
parant, & matri imperium in liberos originale, patri non nisi de-  
rivatum adscribunt. Sidon. Apollin. lib. 4. ep. 21. Hobb. de civ. cap. 9. art. 3.  
Sart. 7. Dn. Ziegl. in notad. Hug. Grot. lib. 2. cap. 5. §. 2. Dn. Pufendorf. d. J.  
N. & G. d. lib. 6. c. 2. §. 2. & in differ. d. oblig. in patr. §. 8. At verò sive ex  
pacto in conjugio maritus in statu naturali imperium familiæ ha-  
bere dicatur, vid. Dn. Pufend. d. J. N. & G. d. l. 6. c. 1. §. 11. (eq. §. c. 2.  
§. 5. sive ex præstantia sexus viro addicatur, tanquàm qui instru-  
ctus iis dotibus, quas imperium postulat, quibus femina carere dicitur.  
Aristot. 1. Polit. §. 8. Etb. c. 11. Arnif. d. jur. Connub. cap. 7. sect. 1. Viri  
tamen dominium aut imperium, quod ipsi ut marito in ipsam ux-  
orem liberorum communium matrem competit, quoad liberos  
etiam eminere debet. Quapropter etiam si maritus (quod ait Bæ-  
cler. in Grot. lib. 2. Cap. 5. §. 1.) peccaret in jus naturæ, si matrem  
omni imperio in liberos excluderet, nihilominus si contendant  
inter se imperia, præfertur illud quod patris est: Grot. d. loc. nisi  
(quam non immeritò limitationem cum Bæclero adjicimus) pa-  
tris iniqua, matris æqua voluntas judicis sententia declaretur. Ce-  
terum postquam quoad jus parentum in liberis tria tempora di-  
stinguere cœperunt viri docti (1) imperfecti judicii, (2.) perfecti ju-  
dicii, sed dum filius pars maneat familia parentum (3.) ubi ex eâ  
familia excesserit: tunc demum quoad secundum tempus minus  
dubii (nisi fallor) remanet, quin consensus parentum necessari-  
us sit. Quandoquidem ex ipsius etiam Grotii dissentientis prin-  
cipiis*

cupiis illa necessitas apparebit, cum conjugii negotium ad familiæ paternæ aut maternæ statum multum momenti habeat, quo casu æquum ipsi dicitur, ut pars conveniat cum ratione integri. Sed quid dicendum de tertio tempore? Hoc definimus verbis celeberrimi Ziegleri: *Duo an tria tempora distinguantur* (vid. Hug. Grot. d. loc. ibiq; Joan. à Felde.) *parum refert, cum in omnibus, liberis incumbat obedientia, etiam tum, quando jam sacris paternis exerunt.* Hic parentes lædere ipsisque ægrè facere & honorem denegare, quem natura imperat, æque grave peccatum est, lædit conscientiam, indeq; facit actum illicitum, imò jure naturali moraliter nullum, proptereaque, re maximè adhuc integra, retractabilem. Facta enim, quæ lædunt pietatem & conscientiam, nec facere nos posse credendū est, quod est in verbis & sententiâ Papiniani J.C. *in l. 15. ff. d. condit. instit. Add. Wurm. Nucl. jur. contr. lib. 1. tit. 10. contr. 5. Dn. Osiand. ad Hug. Grot. l. 2. cap. 5. th. 10. p. 760.* Tantum de consensu parentum in liberorum nuptiis ex jure naturæ, quibus amplior à posteriori demonstratio addi poterat, dum plerasque apud gentes in legem iverit necessitas exquirendi consensum parentum. Verum quia tales jam collectiones extant *ap. Beust. d. matrim. c. 45. Pulvæ. d. nupt. sine parent. consens. non contrah. p. 15. 16. 18. Cypr. d. Sponsal. cap. 6. §. 6. & 7. & Arnif. d. jur. Connub. Cap. 3. sect. 10 & alios. proinde actum agere nolo, sed ad aliam tutissimam juris naturalis ratiocinandi consuetudinem (ut vocat Boecler.) prospiciendum est, quæ petitur ab observatione eventuum sacræq; scripturæ convenientia. Cum rarò fortunata sint conjugia, quæ spreto consilio parentum contrahuntur (ut probat Cypr. d. Sponsal. cap. 9. §. 2. n. 2. & Pulvæ. in Pref. Opusc. d. nupt. ad Henricum Valesium Franc. Reg. p. 4 & quotidianæ querelæ docent) inde & ex definitionibus scripturæ, quibus juvantur, de dictatu juris pronunciant, tanquam in ultionem juris & officii naturalis non satis reverenter habiti pœna fontes maneat. Progredimur igitur ad auctoritatem sacræ scripturæ, quæ est lucerna pedum nostrorum. *Psalm. 119. vers. 105.* Hæc optima juris naturalis interpret sapiens inculcat præceptum, quod bonos non solum metu pœnarum verum etiam præmiorum quoq; ex hortatione effecturum sit: HONORA PATREM TUUM ET MATREM*

E  
TUAM

TUAM, quemadmodum praecepit tibi Jehova Deus tuus: ut prolongentur dies tui, & bene sit tibi super illam terram, quam Jehova Deus tuus dat tibi, Deut. 5. vers. 22. ut numeratur in edit. Tremell. add. Exod. 29. v. 12. unde Apostolus monet: Liberi auscultate parentibus vestris, id enim est justum; imo: auscultate in OMNIBUS, hoc enim placet Domino. Si in omnibus, quis ergo non dixerit in causa tam ardua tamq; gravi: ubi amores cœcum faciunt vid. l. 4. C. d. Sponsal. ubi indissolubile vinculum, individua vitæ, fortunarum, aut ærumnarum consuetudo nascitur, ubi parentum maximè consiliis opus est, quæ optima pro liberis capiunt, l. 22. ff. ad L. Jul. d. adulter. & demum ubi contemptus parentum contumelia maxima est? Certè si respicimus ad exempla sacrae scripturæ, non Esavi impii factum, nec indulgentia patris, neq; Tobiaë historia, aut Jacobi ignota patri polygamia regulâ faciunt: imò satis fecerunt in his objectionibus Bellarmino Harppr. ad pr. 3. d. nupt. n. 88. seqq. Arnif. d. iur. Connub. cap. 3. sect. 10. n. 38. seqq. Sed magis explicant hanc rem exempla in nuptiis Isaaci quadragenarii (Gen. 25. vers. 20.) Gen. c. 24. Ismaelis hominis agrestis aliàs & feri venatoris. Gen. 21. v. 21. Simsonis Judic. c. 14. pluriumque. vid. Chemnit. in. Exam. Concil. Trid. tit. d. clandest. matrim. circa fin. p. m. 438. seq. Borcholt d. grad. p. m. 66. seq. Cothm. Vol. 1. R. 1. n. 4. 5. seqq. & n. 31. 32. seqq. Carpz. Jurispr. Consistor. lib. 2. def. 36. Hic neque Ismael neglexit matris consensum, & tam à matre quàm patre eum sibi quaesivit Simson. quocirca, siquidem contendant inter se imperia, quomodo illud præferatur quod patris est, in hoc jure clarior elucescit ratio, ubi mulier subjicitur viro tanquam capiti suo, secundum illud: Et ipse dominabitur tibi. Genes. 3. v. 16. Epist. ad Ephef. c. 5. Sane non obscure id comprobare amplius videntur loca sacrae scripturæ, ubi quodquod de liberorum nuptiis contrahendis dicitur, aut præceptum aut pactum legitur, non ipsorum liberorum voluntati relinquitur, nec de ipsis dicitur, sed de parentibus, per quos uxores dari ac sumi constat, quibusque sive ex præcepto sive pacto, quomodo filiis uxores dare & filiabus accipere maritos possint debeantve, regula est. vid. Exod. c. 21. v. 9. c. 22. v. 17. Deut. c. 7. v. 3. Judic. c. 21. vers. 7. Jerem. c. 29. v. 6. I. Corint. 7. v. 38. Hinc non immeritò concluditur, sicut est apud Theod. Bezam  
d di-

d. diort. p. m. 67. *Quid obstat, quin pro expressâ lege habeatur, quod  
perpetuo in usu fuisse liqueat?* Quanquam nec immeritò hic locum  
etiam habere possit argumentum quod à puellari voto, revocantè  
patre, imperfecto ducitur ex *Num. c. 39.* Id n. sicut in filia, nisi fallor,  
expeditum est, ut fidem faciat, quò minùs dubium sit, quin dissen-  
tiente patre votum matrimonii homini factum invalidum censi  
debeat: ita etiam in filio ob eandem, quæ hic manifesta est, ra-  
tionem procedere existimaverim. In filia a. exemplum ideò ma-  
gis explicatum videtur quia hic, quomodo ex dissensu vel patris  
vel mariti votum rescindendum, docendum erat, cum aliàs satis  
ibi pateat, quod generaliter ea patrisfamilias potestas sit, fami-  
liæ vota contradicendo irrita facere. Nec obstare videtur  
distinctio B. Hulsemanni inter *actum electitium*, quale votum, &  
inter *actum naturalem*, quale matrimonium ipsi censetur. Nam  
quod salva tanti viri autoritate & pace magnorum virorum, qui  
sequuntur *Hulsemannum*, dixerim, ex ipsa eorundem explicatione  
nostram puto confirmari sententiam, ut à voto ad matrimoni-  
um dissensu parentum infirmandum valeat illatio. quandoqui-  
dem cum hoc concedant nobis, quod contractus matrimonialis  
quoad determinationem individui electitius sit; certè hoc modo,  
quia, cum de consensu parentis quæritur, non nisi in casu deter-  
minationis individui quæritur, inde argumentum à voto tan-  
quàm actu electitio infirmando ad hanc matrimonii causam rati-  
one individui pariter electitiam (nisi fallor) firmum est. Peccatum  
patris, si conjugium tanquam actum naturalem prorsus velit in-  
terdicere, huc non pertinet. Hæc sunt juris etiam divini prin-  
cipia circa consensum parentum in liberorum nuptiis. unde non  
immeritò concludimus verbis Wurmseri JCu: *si actus contra  
legem civilem celebratus nullus sit vel invalidus, quod pluribus ex-  
emplis doceri possit; Ergo multò magis actus contra legem divinam  
& moralem celebratus nullus vel invalidus erit: civilis enim lex per in-  
directum, divina verò & moralis directo in conscientia obligat.* *Nucleus  
controv. jur. ad lib. 1. just. tit. 10. controv. 5. n. 55.* De jure civili dubium  
non est, quin in liberorum nuptiis consensus parentum, in quo-  
rum potestate sunt, necessarius sit. *pr. Instit. de nupt.* Adeò enim hic  
videtur locum habere (*vid. Alber. Gentil. lib. 4. d. nupt. c. 3. Cothm. vol.*

I. R. I. n. 260. seqq. Gerhard. qv. illustr. Ex. 2. q. 3.) quod dicitur in l. 4 ff. d. R. 7. ubi: velle non creditur qui obsequitur imperio patris vel domini, sic ob vinculum patriæ potestatis ipse per se filius (quod ait Gentil. d. l.) integer homo non est, indeque solo nec consensisse dicitur, cum consensus is patris sit per quem esse possit consensus filii. Hinc nuptiæ, quas filius familias contraxerit, justæ non habentur l. 18. ff. d. rit. nupt. imò non consistunt; nec vir, nec uxor; nec matrimonium intelligitur, nec liberi inde nati legitimi sunt. § pen. junct. pr. Inst. de nupt. l. 2. ff. d. rit. nupt. l. 68. d. jur. dor. l. 11. ff. d. stat. hom. Sed nec rati habitio patris ad initium nuptiarum retrotrahitur; quæ ab eo demum tempore, quo accessit, eas legitimas efficit. id quod satis manifestò colligitur ex pr. Inst. d. nupt. l. 13. §, 6. ff. ad L. Jul. d. adult. l. 68. ff. d. jur. dor. l. 6. C. 6. nupt. Equidè sic durius agitur cum his qui sine parentum consensu coeunt, quàm si quis eam legitimam sibi habere velit uxorem, quam concubinæ loco tenebat. hoc enim casu liberi ex concubinato nati subsequenti matrimonio legitimi fiunt; ibi verò ex rati habitio patris & tanquam ex sequenti matrimonio legitimatio nulla est. Hujus diversitatis optima à Connano Comment. jur. civil. lib. 8. cap. 4. n. 5. & Pulvao in opusc. d. nupt. sine parent. consens. non contrah. n. 18 ratio redditur. Quod in concubinis sancitum est, inquit Connan. d. l. allucit nos ad rectè facta, ut à concubinis ad justum uxorum complexum confugiamus. quod si in filiis familias idem statueretur, delinquendi præberet materiam, neque posthac filii patri autoritatem in matrimoniis suis expectarent. Quid patri liceat circa illicitas eas liberorum conjunctiones, quæ situm fuit ubi exheredationis fulmen contra liberos tam filios quàm filias patri tribuere haud inviti voluissent, (sicut tribuerunt Pulv d. nupt. n. 23. p. 36. Arum. D. 2. ad Inst. th. s. lit. b. Hen D. 2. ad Inst. th. ii.) nisi in nostro jure, præterquam in filio emancipato l. 3. §. 5. ff. d. bon. poss. & in filia Novell. 115. c. 3. §. 11. hæc tota fileretur ex heredandi causa. vid. Franzk. Exerc. 2. qu. 6. Harppr. ad pr. Instit. d. nupt. n. 147. ibiq. alleg. Attamen in eo est communior Dd. sententia, quòd nuptiæ liberorum, dissentientibus parentibus quorum in potestate sunt, nec tunc subsistant, ubi copula carnalis accesserit. Donell. lib. 13. cap. 20. Duar. de nupt. c. 2. Riemer. Dec. 2. qq. illustr. th. 5. Tim. Fab. ad Inst. D. 5. th. ult. Sic quoad filium patris tolli injuriam autumant, ut exheredatione opus non sit, quam filia

lia, cum ex hac conjunctione velut fornicatione irreparabile vitium contrahat, mereri magis videbatur. vid. *Frantzk: d. loc.* Utriusq; autem talem conjunctionem illicitam distrahi posse, hinc manifestum reputant quia absurdum sit existimare, legem, quæ vetat prohibetque factum, idem mox tolerare. *arg. l. 5. C. Legib. & d. l. ult. ff. d. legat. i.* ubi non movet, quicquid ap. Paulum legitur *2. recept. sentent. tit. 19* quando: *Eorum qui in potestate patris sunt, inquit, sine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur, sed contracta non solvuntur.* Lex imperfecta dicitur, quæ vetat aliquid fieri & si factum, non rescindit *Ulpian. in fragment. tit. 1. pr.* vel etiam, ut ait *Tertullianus adversus Marcionem* quem *Carol. Annib. Fabrot. Exerc. 11. p. m. 133.* divinæ & humanæ sapientiæ callentissimum laudat & allegat: *Tacite permixtum est, quod sine ultione prohibetur.* Quis tales hinc leges dixerit? *O sententiam* (si esset) dixerimus cum *Tertulliano & Fabroto*, necessitate confusam! *parcit & sevit, dissimulat & animadvertit.* Sed accipiunt sententiam Pauli, de matrimonio ab initio consensu patris contracto, quod postmodum patre solo volente distrahi non debeat, secundum *l. 5. C. d. repud. Duar. de nupt. c. 2. oper. p. m. 245. Pulv. d. nupt. n. 20. p. m. 31. Alber. Gentil. d. nupt. lib. 4. c. 7.* quo in sensu etiam accipitur *l. 1. §. fin. ff. d. liber. exhib.* ubi agitur *de filiâ nuptâ de matrimonio concordanti*, quæ nomina convenientia non sunt in conjunctione, ubi nec vir, nec uxor nec nuptiæ, nec matrimonium. Quamquam autem displiceat hæc sententiæ Pauli interpretatio *Contio lect. subs. lib. 1. c. 4. p. m. 40.* tanquam nec ex præcedentibus nec ex sequentibus verbis queat colligi: tamen nec magis inde quicquam obstat, quia dubium an Pauli sententiæ sint, quæ circumferuntur, an verò ab *Aniano Alarici* jussu selectæ additisque multis explanatæ. *Job. Robert. animadv. jur. civil. lib. 1. c. 24. Duar. Pulv. Alber. dd. loc. Tholof. Synt. J. univ. l. 42. c. 20. n. 4. Donell. l. 21. Comm. jur. Civ. c. 4.* Id planè constat, non tantifacienda esse isthæc fragmenta, ut eorum censuræ subjiciantur jura Imperatoris jussu legitimè composita,

De



De jure etiam Canonico consensus parentum in liberorum nuptiis necessitatis est.

Videri a. poterat, non sufficere solam parentum scientiam, nisi etiam de contrahendo matrimonio ad eos relatum sit. id quod in causis maximè juramentorum hic præstandorum momentum facere, judicatum est.

Cum sponsalia coram testibus contracta & sub jurejurando sæpius confirmata erant eà mente, ut sponsus patris consensum se impetratarum esse promississet, ubi dissensus ulla causas suspicari non licebat, patre licet postea dissentiente, postquam sponsalia non rescissa fuerant, post mortem patris filio ex dissensu tali exceptionem non competere, judicatum est.

Nostris moribus si cum matrimonii promissione copula carnalis intervenerit, favori removendæ à vitiatâ injuria & prolis (ut hodie procedit) legitimandæ cedit necessitas consensus parentum. Nec obstat diversitas inter religionem Lutheranam & Pontificiam. Ubi si adhuc semiplenè probata talis matrimonii promissio, juramento suppletorio locus est. ita judic. Insuper de spuris, quos levis nocte maculâ notatos dicimus, it. queritur de casu si quis ignorans duxerit ab alio compressam aut gravidam ex alio: an liceat dissolvere sponsalia & conjugium? quod Aff.

In casu th. 5. quia miles jubebatur vitiatam ducere uxorem, in pœnam legis militaris non videbatur incidisse. ita judic.

Non licet viduo uxoris defunctæ fratris filiam à se impregnatam uxorem ducere. ita judic.

In casu 7. Quod prohibitum aliud matrimonium, ipsoq; die Passionis Domini copulatum erat, non rescissum; sed contrahentibus mulctâ dicta est. ita judic.



# CAPITUM SEQUENTIUM CONSPECTUS

## CAP. II.

De

# QUÆSTIONIBUS POST BENEDICTIONEM SACERDO- TALEM MOTIS.

De Benedictione sacerdotali in genere *th. 1.*

**C**asus 1. ubi Comædus aliquis Pontificius virginem aulicam Lutheranam dilexerat, eamq; sine consensu parentum, ad quos Serenissima ipsum procum remisera, per copulationem sacerdotalem Pontificiam latinis verbis, virgini ignotis, additi sibi curaverat, quam Serenissimus loci Princeps in ipso nuptiarum convivio, ubi mox lecturæ petitura erant, abduci jusserrat. *th. 2.*

**C**asus 2. De raptore qui ex civitate Hamburgensi virginem, volentem tamen, ubi consensum parentum impetrare non poterant, rapuerat, perq; sacerdotem acceperat, cognoverat, ex ea liberos susceperat, captusq; arumnas capture & incerti eventus diu sustinuerat. *th. 3.*

**C**asus 3. Ubi inter pocula (ut dicebatur) captus juvenis sine parentis consensu aut scientiâ, per clandestinam femina eiusq; matris diligentissimam operâ, ab eo, qui Sacerdos remotus ab officio & nunc ludimagister loci erat, copulatus cum eâ fuerat. Quocirca ex certis inq; nostris Consistoriis, approbatis & receptis principiis rationes dubitandi simul ac eadem deciden-  
di pro-

*si proponenda, & distinctè tam ex jure divino, naturali, civili, & canonico, quàm ex Hamburgensi ipso demonstranda erunt: tb. 4.*

## CAP. III.

De

# DIVORTIIS

De divortiis in genere. *tb. 1.*

**Casus 1.** *De muliere qua marito inimica ex sua culpa meruerat separationem quoad thorum & mensam, ubi reconciliationem maritus magna sollicitudine quaesiverat, ipseq; magistratus fecerat, quod debuerat; sed constanti in malitia viro denegabat mulier officium, sine quo non consistit contra viri voluntatem matrimonium. tb. 2.*

**Casus 2.** *Ubi uxor ex mutuis rixis discesserat à marito ad parentes, indeq; abs marito desertionis rea postulata fuerat, praesens, nec difficulter pœnitens, dum vir non nisi volente ipso putabat reconciliationi locum esse. tb. 3.*

**Casus 3.** *De marito qui non animo deserendi sed consciâ uxore suâ in patriâ profectus, abs militib; ad militiâ necessitatem tractus, per annos aliquos absens fuerat, nec quidquam literarum ad uxorem dederat; ubi illa accusaverat desertorem eum & intra provinciam modò, non in patria quò certò abuisse dicebatur hic maritus, vocari ipsum publicè curaverat: qui reversus repetebat uxorem suam tunc ex Consistorij alicujus concessione alterius conjugem. tb. 4.*

**Casus 4.** *Ubi mulier rea veneficii, tortura subiecta quadantenus ( ut dicitur ) se purgaverat, ita tamen, ut tantæ remanerent præsumptiones, quæ non permittebant ipsam tollerari in civitate: petebat hujus maritus dissolutionem vinculi matrimonij. tb. 5.*



✿ ✿  
**D**orilis die suchte Felder  
 Durch und durch im Liebes-  
 Silvia die liebte Wälder/ (Trieb/  
 Ob ein schöner Schäffer blieb:  
 Da der Rosidan sich setzte/  
 Zeigt ihm Silviens Begierd  
 Ihrer zarten Liebe Zierd/  
 Die den matten Sinn ergähte.

✿ ✿  
 Silvia ihr süßes Blicken  
 Warff ein glüend Feuer-Brand  
 Daran möchte sich erquicken  
 Rosidans erkalte Hand;  
 Seine Seele ward bestritten/  
 Das in süße Ruh verfiel/  
 Und vergaß der Sorgen Ziel/  
 Die bald alle Ruh zerrütten.

✿ ✿  
 Rosidans vergnügte Sinnen  
 Rühmten eine schöne Lust  
 Es erfreute ein Beginnen  
 Seine Lieb-entzündte Brust;  
 Er vernahm die Himmel spielen/  
 Da sein Herz in Freuden sprang/  
 Und der Mund die Lieder sang  
 Die zum Himmels-Spiele ziehlen.

✿ ✿  
 Rosidan! wie siehst dieß Wunder  
 Hier so bald zur Grub dahin/  
 Da der süßen Liebe Zunder  
 Nicht entzündte deinen Sinn?  
 Doch! es drückten dich die Sorgen/  
 Da das Aug im Dunkeln wacht/  
 Und der Liebe Kraft verschmacht/  
 Die sich mehrten alle Morgen.

✿ ✿  
 Wolte Silvia sich ziehren  
 Und hie keine Mittel fand/  
 Musten ihre Worte führen  
 Wo durch ward das Herz berant  
 Dieses schwachen Rosidanen/  
 Dessen Silvia nicht ließ  
 Was ihr böser Wille hieß/  
 Dadurch kahmen frembde Ahnen.

✿ ✿  
 Dorilis indessen rannte  
 Durch die Felder hin und her  
 Da sie viele Schäffer kante/  
 Dachte/ ob nicht einer wehr/  
 Der wie Rosidan sich fügte;  
 Als sie Floridan ersah/  
 Meinte sie/ es wehre nah/  
 Was ihr Herz und Sin vergnügte.  
 Über

Aber Floridan der dachte  
 Dieser Labfahl fällt hinweg/  
 Leg' ich hie auch noch so sachte  
 Muß ich doch auf manchen Steg  
 Meine Schaffe suchen wieder /  
 Da mich manche Sorge drückt/  
 Da meine trüber Sinn entzückt  
 Und nicht hört die Freuden-Lieder.

Solt' ich (sagter) dieses nehmen  
 Was hie eine Stund erquickt/  
 Und hinfort mich doppelt grämen/  
 Daran manche Seel erstickt?  
 Nein: es kan das schöne Lieben  
 Raum ein halbes Jahr bestehn  
 Da man muß zum Betteln gehn  
 Und den Leib im Darben üben.

Er sah' hie die Heerde wandern  
 Welche frembder Reichtum war/  
 Da er dacht an Periandern  
 Und die stete Kriegs Befahr/  
 Welche diesen frommen Hirten  
 Seiner Schaffe loß gemacht/  
 Und ihm Sorgen gnug gebracht/  
 Da er muß den Mars bewirten.

Hab' ich (sprach er) keine Schaffe/  
 Und ist groß Gefahr dabey/  
 Ob des Krieges Unfall schlaffe /  
 Und eins zu erwerben sey:  
 Warumb solt' ich dan schon freyenz  
 Dorilis ihr glatter Mund  
 Schlosse sich zur selben Stund  
 Wan nicht folgten Freude Reihenz.

## AN DEN HERRN RESPONDENTEM:

So gehts/ mein wehrter Freund! wer nicht die schöne Künste  
 Vorhero wol gelernt / und suchet nur Gewinste  
 Die Venus auffgestellt / der ist allgnug gefährdt/  
 Und wird das Freuden-Ohl bald völlig ausgelärt.

Ich rühme deinen Sinn/ der keine Wollust liebet/  
 Der sich in Büchern stets und schönen Künsten übet.  
 Wer also seinen Sitz in Tugend fest gesetzt/  
 Der wird im Seegen auch mit süßer Lieb ergäzt.

Dieses hat bey gegenwertiger Disputation dem Herrn  
 Respondenti hin bey sügen wollen/ dessen.



Bekanter Freund.















**D**orilis die suchte Felder  
 Durch und durch im Liebes-  
 Silvia die liebte Wälder/ (Trieb/  
 Ob ein schöner Schäffer blieb:  
 Da der Rosidan sich setzte/  
 Zeigt ihm Silviens Begierd  
 Ihrer zarten Liebe Zierd/  
 Die den matten Sinn ergähte.



**S**ilvia ihr süßes Blicken  
 Warff ein glüend Feuer-Brand  
 Daran möchte sich erquicken  
 Rosidans erkalte Hand;  
 Seine Seele ward bestritten/  
 Das in süße Ruh verfiel/  
 Und vergaß der Sorgen Ziel/  
 Die bald alle Ruh zerrütten.



**R**osidans vergnügte Sinnen  
 Rühmten eine schöne Lust  
 Es erfreute ein Beginnen  
 Seine Lieb-entzündte Brust;  
 Er vernahm die Himmel spielen/  
 Da sein Herz in Freuden sprang/  
 Und der Mund die Lieder sang/  
 Die zum Himmels Spiele ziehlen.

**R**osidan!  
 Hier so l  
 Da der süß  
 Nicht er  
 Doch! es dr  
 Da das  
 Und der  
 Die sich m

**W**olte Si  
 Und hie  
 Musten ih  
**W**odur  
 Dieses sch  
 Dessen  
 Was ih  
 Dadurch

**D**orilis in  
 Dur ch  
 Da sie vie  
 Dacht  
 Der wie  
 Als sie  
 Meint  
 Was ihr



**W**under  
 ab dahin/  
 iber  
 nen Sinn?  
 die Sorgen/  
 keln wacht/  
 erschmacht/  
 Sorgen.

en  
 fand/  
 hren  
 Herz berant  
 danen/  
 ließ  
 hieß/  
 abde Ahnen.

te  
 n und her  
 kante/  
 ner wehr/  
 fügte;  
 ah/  
 e nah/  
 in vergnügte.  
 Aber

